tis modis superior fa-
ctus est omnibus illis.*

PSALMVS

XLVIII.

1 *Magnifice =
tur et sum-
moperè laudetur
Dominus propter
ciuitatē Dei nostri,
montē eius sanctū.*

2 *Mōs Zion in cu-
ius Aquilonari la-
tere urbs magni re-
gis, speciosa nym-
pha est, & decus
uniuersæ terræ.*

3 *Deus protectio-
ne adium in ea no-
tus est.*

4 *Nam ecce cū reges aut istuc colli-
guntur, aut prætercunt.*

XCVIII.

Magni sit Do-
minus, & lau-
datur merito
dabilis.

ab ijs, qui ciuitatem
Dei nostri incolunt,
quæ sita est in monte,
quem sanctitas illius
inhabitat.

2 *Elegans regio, gau-
dium uniuersæ terræ
mons Sion, lateribus
expositus Aquilonis,
ciuitatis regis poten-
tissimæ.*

3 *Deus in palatijs ci-
uitatis illius sic notus
est, ut ignorari nō pos-
sit: quoniam hoc ab ipso ha-
beant quæ stabilia sint.*

4 *Reges ipsi, res mira,
consilio inuito congre-
gati, & unā ad ciui-
tatem illam profecti
sunt.*

- 5 *Cum cōtemplatur modo, sic cōsternatur, attoniti sunt ac stupent.*
 6 *Sic corripit eos isthic pauor & dolor parientium.*
 7 *Quomō cū Noti pcella marinas naues cōminuit.*
 8 *Hec audiuiamus & uidimus in ciuitate Domini exercituum, in ciuitate Dei nostri, Deus seruet eam, imperpetuum. אלו*
 9 *Exprimimus Deus bonitatem tuam in medio templi tui.*

Quā quū uidiſſent, animo cōturbāti ſunt, & metu perculſi.
 Terror inuaſit eos ipſo in loco, & dolor qualis mulierem ſolet parturientem.
 Fracti ſunt animo, quomodo tempeſtate ab Oriētali plaga exorta cōfringi ſolent naues Tharſis.
 Quemadmodū audiuiſimus, inquebant, ſic rem ſe habere coram ipſi uidiſimus in ciuitate Domini in omnia imperiū habentis, in ciuitate inquam Dei omnium noſtrū, Deus ipſe ciuitatem illam ſtabiliet in æternum. Ita fiet.
 Cum fiducia expectauimus Deus beni-

- 10 *Vt maieſtas tua, ita & laus tua uſque ad terminos terræ pueniat, deſxtera enim tua plena eſt iuſtitia.*
 11 *Latetur mons Zion, exultent filie Iuda propter iudiciatua.*
 12 *Obambulate & circumite Zion, numerate turres eius.*
 13 *Commēdate cordi ueſtro muros eius, & ades eius extruite, ut narrentur poſteris.*
 14 *Hic enim Deus,*

gnitatem tuā, qui uerſamur in medio domus regniæ tuæ.
 10 Sicut fama nominis tui ad extremos fines terræ peruenit, ita & maieſtatis tuę laus iuſtitia plena eſt dextera tua: quæcūq; enim facis iuſtiſſime facis.
 11 Gaudebit mōs Siō, & exultabunt filij Iudæ, ppter iudicia tua.
 12 Circuite Siō, & diligenter contemplantur eam, numerate turres illius.
 13 Adhibete animū ad murū eius, ut diligēter cognoſcatis: conſiderate diligenter, ut quām ſint admiratiōe digna palatia eius deſcribere poſſitis, & relinquere poſteris.
 14 Profectō hic Deus noſter erit Deus ppetuū & ultra ipſe dedū

Deus noster est im-
perpetuum, & si
quid ultra est, ipse
dux noster erit in
sempiternum.

PSALMVS

XLIX.

Audite istud
fr̄es gētes
auribus.
Audite
fr̄es gētes
auribus.

Audite istud
populi, aurē
præbete omnes qui
habitis orbem.

2 Imi & summi,
æquē diues & pau-
per.

3 Os meum disse-
ret de sapientia, & cor meum intelligen-
tiam meditabitur.

4 Diuertam ad parabolam, & enigma
meum carmine proponam.

cet nos quocunq; pfe-
cti fuerimus, usque ad
finem uitæ.

XLIX.

Audite quod di-
cturus sum po-
puli omnes, au-
ribus percipite quot-
quot inhabitatis or-
bem.

2 Et plebei, & prin-
cipes, unā diues cum
paupere.

3 Os meum loque-
tur multa sapienter,
et cogitatio cordis mei
crumpet in uerba pru-
dentia.

4 Adhibebo ad expē-
dendam parabolā au-
rem meam.

5 Qui fit ut diem
malum metuum, ut
iniquitas calcanei
mei me circumstet?

6 Quia ex his qui
rebus suis fidunt,
& in multitudine
diuitiarum suarum
se se iactant.

7 Nemo fratrem suū
ulla ratione potest
redimere, neq; pro
eo redemptionem
Deo dare.

8 Neq; precium
liberationis anime
eius, ut imperpe-
tuum uiuat, & nō
sentiat corruptionem, sed imperpetuum

Cur sollicitus ero de
huius uitæ bonis, tem-
pore quo uiuiuit cum
miseria in terra, nō ut
suis operū meorū ini-
quitate me cōdēner?

6 Quorum multi
spem ponunt in diui-
tijs, & propter mul-
titudinem diuitiarum
superbiunt?

7 Nemo enim potest
uel fratrem suū si uelit
liberare ullis opibus à
morte, nec offerre Deo
quicquam, quod pro
eius redemptione uelit
suscipere.

8 Profecto rarissime
seruantur, qui diui-
tijs inhiant: & qui pe-
rit ex eis, peribit per-
petuo.

9 Viuet quidē in æter-
nū, sed sic, ut ne opta-
tus quidē interitus illi
contingat.

- hoc negatum est.
- 10 Videre enim est ut sapientes equè moriatur & pereant, ac stulti et stupidi, & opes suas alienis relinquunt.
- 11 Quamuis penetralia sua, aedes, & domicilia imperpetuū habitare decreuerint, & nomina sua magna fecerint super terrā, ut ad posteros durent.
- 12 Quum homini haud detur ut cum opulentia sua quiccat, sed iumentis
- 10 Quia uidebūt quidam mori sapientes, nihil interesse putabūt inter mortem sapientum & stultorum: quū stulti et bruti homines non moriantur solum sicut sapientes, sed post mortem perpetuo inereant, delituti omnibus illis, quæ hic magno studio & animæ detrimento congesterant: relinquere enim ea alijs coguntur.
- 11 Sepulchra eorum domus ipsis erunt perpetuo, & cubilia ipsis in generationem & generationem: quum uiderent famæ magis, quæ ad posteros perueniret, studiosi, quam salutis æternæ, nomina sua indiderunt terris.
- 12 Verū fieri non potest, ut eiusmodi

- hac ire similis fit.
- 13 Tale est stultorū iter, & posterierorum idem ingrediuntur. *Ps*
- 14 Quos in foueā redactos, mors uelut gregē depascit ac subigit: recti uerò in luce erunt: at istorum thesaurus ueterasceat, & habitaculū eorum erit fouea.
- 15 Verūtamen animam meā redimet Deus de potestate inferorū, & cōsolabitur me. *Ps*
- homo diu in precioso: stoliditas enim illius deprehenderur, & non fiet plura quam bestia, quibus se similem fecit.
- 13 Hic est successus stultitia illorū dignus, sed & posteris illorum, quæ ab illis didicerunt sequuntur. Ita fiet.
- 14 Sicut oues abducuntur ad inferos, ubi pabulum erunt morti perpetuæ: & triumphabunt de cis iusti tempore matutino cum summa gloria: robur enim impiorū peribit, ubi ad inferos à magnificis redibus, quas hic extruxerant, trahati fuerint.
- 15 Interim deus liberabit animā meā ab eo cruciatu, quod impios manet: ipse enim me recipiet ad se. Ita fiet.

- 16 Ne paucas cum
ditescit homo, &
cum augetur glo=
ria domus eius.
- 17 Quom̄a in mor=
te sua omnium ni=
hil accipiet, neque
sequetur cum glo=
ria eius.
- 18 Sed dū uiuit ani=
ma eius beata di=
citur, laudatur cū
ei bene est.
- 19 Cum uerò ad ge=
nus patrum suorū
abierit, imperpe=
tuum non uidebit
lucem.
- 20 Homo cum in precio est, nō reputat,

- 16 Ne admireris, &
metuas si diues fa=
ctus fuerit: & si ingens
facta fuerit gloria do=
mus eius.
- 17 Quando enim mo=
rietur, nihil eorum au=
feret hinc secum, nec
gloria illa comitabū=
tur eum.
- 18 Quia in hac uita
beatus sibi uisus est, &
alios ad idem uitæ ge=
nus hortatus est: ut ui=
delicet genio idulgeas
& exemplo eius bene=
cures te.
- 19 Ipse perueniet cum
pernicie animæ suæ
usque ad patres suos,
quorum impietate imi=
tatus est: quos inuentu=
rus est in densissimis
tenebris nulla unquā
luce illustrandis.
- 20 Miserabilis homi=
nis cōditio quum in honore

sed iumētis cōpara=
tur & simulatur.

PSAL. L.

- 1 Dominus De=
us fortis, ad=
uocata terra ab or=
tu & occasu solis.
- 2 Et à pulcherri=
ma Zion, loque=
tur, cum maiestate
ueniens.
- 3 Veniet enim De=
us noster, & non
cunctabitur, uorax
ignis ante ipsum i=
cedet, & circū eū
uehemēs turbo.
- 4 Aduocabit supernè coelū, & infernè
terrā, ut iudicio cōtēdat cū populo suo.

propter diuitias effect,
nihil intellexit, sed pe=
cudum uitam imitatus
sefe similem fecit illis.

L.

D¹ Deus iudicum
Dominus locu=
tus est, & cōuo dñs locu=
cauit omnes qui terrā
inhabitant ab ortu so=
lis usque ad occasum.


2 Ex Sion ueluti oīs
elegantiae quadā sum=
ma, illustris apparuit.

3 Veniet Deus noster,
nec perpetuò silebit:

ignis enim uastās præ=
cedet ipsum, & circa
ipsum uento ignis ille
excitabitur, ut ardeat
uehementius.

4 Aduocabit coelos
desuper & terram, iu=
dicaturus populum
suum.

Deus
deorum
dñs locu=
tus est.

- 5 Congregemini ⁵ Congregate ad me
mibi iniquens, san-
cti mei, socij fœde-
ris mei, quod super
sacrificijs.
- 6 Hic cœli iustitiã ⁶ Quod ubi factum
eius prædicabunt, fuerit, cœli palam iu-
nam Deus, ipse ius-
dex erit. ⁷ 
- 7 Audi popule mi, ⁷ Audi itaque popu-
nam loquar, Isra-
ël, nam te contesta-
bor ego Deus,
Deus tuus.
- 8 Num sacrificio ⁸ Non te reprehenden-
rum causa redar-
gui te? aut iugis ho-
locasti coram me
offerendi?

sanctulos meos, inquit
Dominus, de quibus
tam sum meritis be-
ne, & qui mecum inie-
runt pactum de sacrifi-
candi ratione.

Quod ubi factum
fuerit, cœli palam iu-
stum esse Dominum
prædicabunt: est enim
iudex ipse iustissimus.
Ita res habet.

Audi itaque popu-
le mi, & loquar ô Is-
raël, te ipsum enim te-
stem adhibebo: nega-
re enim non poteris,
quin Deus, præcipue
autem in te benignus
Deus, ego sim.

Non te reprehenden-
dam, quod sacrificio-
rum mihi non obtule-
ris satis: holocaustoma-
ta enim tua assidue co-
ram me præsto sunt.

- 9 Num à domo ⁹ Putas ne opus mi-
tua taurum postu-
lavi, aut de caulis
tuis hircos?
- 10 Mæ enim sunt ¹⁰ Falleris si hoc pu-
omnes bestię ne-
morum, & millia
iumentorũ in mon-
tibus.
- 11 Notæ sunt mihi ¹¹ Exacte nouigenus
uolucres montiũ,
et auiculæ agri me
non latent.
- 12 Si esuriero, non ¹² His omnibus ego
est ut tibi indicem,
meus enim est or-
bis, & quicquid in
eo est.

hi fore ut impetrem à
domo tua iuuenium
aliquem, aut ex caulis
tuis hircos?

Falleris si hoc pu-
tas, me enim innume-
ræ sunt illæ feræ, quæ
in syluis degunt, pecu-
des præterea quæ errant
in mille montibus.

Exacte nouigenus
omne auium, quãuis
in editissimis montibus
nidos suos collocent,
& quicquid animan-
tium usquam in ullis
campis uiuit, in mea
est potestate.

His omnibus ego
in primis opus nõ ha-
beo: & si opus habe-
rem, & esurirem, te
non orarẽ ut mihi sup-
peditares hæc, orbis
enim totus est meus,
& quicquid toto orbe,
quantũuis uarium sit, conficitur, meum est.

- 13 Num bubula carne uescor: aut hircorum sanguinem bibo?
- 14 Macta Domino gratiarum actionem, & redde altissimo uota tua.
- 15 Deinde inuoca me in tempore tribulationis & eripiam te, ut me magnifices.
- 16 Contra uerò impium sic adfatur Deus: Quamobrem predicas legem meam, & fœdus meum accipis in os tuum?
- 13 An quisquam uestrum est tam stultus, ut putet me taurorum carnibus uiscerare, aut sanguinem hircorum potitare?
- 14 Offer Deo quisquis illi placere studeas, animi gratitudinē: & facile altissimo grata erunt qualiacunque fuerint sacrificia tua. reliqua, quæ te oblatum uouisti.
- 15 Et si tum implora ueris auxilium meum tempore afflictionis, sic eripiam te e malis, ut gratias mihi magnifice habiturus sis.
- 16 Ad impium autem dixit Deus, qua fronte tu uerbis enumeras cōstitutiones meas, & pactum meū quod pepigi cum sanctis uel nominare audebis tu?

- 17 Quū tamen odio habeas disciplinā, & post tergum tuum uerba mea abijcias?
- 18 Cū furem natus es curris cum eo, & sors tua cū adulteris est.
- 19 Os tuū laxas ad malū, et lingua tua dolos concinnat.
- 20 Sedes & loqueris in fratrem tuū, & in filium matris tuæ profers calumniam.
- 21 Hæc facis dū dissimulo, adde quod me tui similem putas: sed redarguant te, &
- 17 Quum odio habeas omnem rectam admonitionē, & abieceris uerba mea post tergum tuū, & ex animo deleneris, licet extremis labris ea crepes.
- 18 Si enim furem uisidisti, illi te adiūxisti & fieri furis particeps cupiebas, & socius factus es illorum, qui alienas stuprare solent uxores.
- 19 Os tuum assuecisti ad maledicentiā: & lingua tua concinnabat dolum.
- 20 Conabar is fratrem tuū maledicentiā perdere: & filium matris tuæ facere infamem uidebaris.
- 21 Hæc fecisti: & quia ego ad tempus dissimulo

me in oculos tuos
statuam.

22 *Cōsiderate ista
quæso, quibus numi
nis mēto excidit,
ne quū rapiā desit
uobis qui eripiat.*

23 *Qui laudem &
gratiarum actionē
maclat, me magni-
ficat, & hac uia
ostendam ei salu-
tem Dei.*

PSAL. LI.

Miserere mei
Deus secundū
bonitatem tuam,
secundū multitudi-
nem miserationum
tuarum.

lani, putabas me simi-
lem tibi hominem stoli-
dum: sed castigabo
te, & disponam ante
oculos tuos ordine fla-
gitia tua.

22 *Inrelligite hoc tan-
dem quod dico, apud
quos in obliuionē ue-
nit Deus, ne forte ra-
piam, & non sit qui
eripiat.*

23 *Quicumq; mihi ani-
mi offert gratitudinē,
is me uerē honorat, &
rectā it ad me, cui ego
ostendam felicitatē pla-
nē diuinam, qua illum
faciam perpetuo bea-
tum.*

LI.

Misereatur te
mei deus,
pro genuina
benignitate tua; pro
impressa clemētia tua
dele flagitia mea.

tuarum dele trans-
gressiones meas.

2 *Magis ac magis
ablue me à scelere
meo, & à peccato
meo munda me.*

3 *Nam transgressio-
nes meas scio, &
peccatū meū nun-
quā excidit mihi.*

4 *In te solū pecca-
nisse dolet, et malū
in oculis tuis fecis-
se, quapropter iu-
stifica secundū uer-
bum tuum, & mū-
da secundum æqui-
tatem tuam.*

5 *Ecce cum dolore*

Iterum atque ite-
rum lauando elue ini-
quitate meam: & à
peccato meo purū red-
de me.

3 *Scelera enim mea
agnoui reuersus ad me
& peccatum meū assi-
duē ob oculos uerfa-
tur mihi.*

4 *In te, in solum te
peccaui, & abominabi-
le scelus hoc admis-
i, non reueritus conspe-
ctum tuum: quare si
hanc iniquitatem mihi
condonaueris, & pro-
missa seruaueris perfu-
do mihi, merito equis-
simus iudicaberis, &
in seruandis promissis
constantissimus, & in-
dammandis illis qui re-
spicere nolunt iustissi-
mus.*

5 *Profecto non igno-
ras, quantum ad me at-
tinet, iniquitatem mihi*

natus sum, & cum peccato concepit me mater mea.

6 Ecce uerò tu fiducia firmitate ita delectaris, ut abstrusa sapientie docueris me.

7 Lustra me hyssopo, et mundabor: laua me, & supra niuem dealabor.

8 Nuncia mihi gaudium & leticiam, & exultabunt ossa quae comminuiisti.

8 Vbi exilaraueris me gaudio & solita letitia,

esse ueluti genuinam, & matrem meam peccato obnoxiam fuisse in ipso calore conceptio nis meae.

6 Quamquam ergo uitiatae carnis impulsu foedissimè lapsus sum, tu fidem tamen & candorem, qui in penetralibus pectoris litus est, maximè amare soles, à quo nò omnino sum alienus: non enim tam malitosa hoc scelus admisi, quam concupiscentia uictus: quare iterum occultis inspirationibus docere me solitam sapientiam, sicut soles, non dedignaberis.

7 Si ergo expiaueris scelus hoc meum hyssopo, ueluti consummata expiatione, purus ero: & si elueris maculam hanc meam, ipsa iterum niuem albior fiam.

9 Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnia scelera mea deleas.

10 Cor mundum crea mihi Deus, & spiritum integrum in tra me renoua.

11 Ne abijcias me de conspectu tuo, & spiritum tuum sanctum ne auferas à me.

12 Redde mihi letitiam salutis tuae, et spiritu liberali succias me.

13 Et dirigam transgressores in uiam

tum exultabunt ossa mea, quae uulneraueras tu.

9 Auerte quæso faciem tuam à peccatis meis, & uniuersas iniquitates meas dele.

10 Fac purum sit cor meum intra me Deus, & spiritum illum stabilem renoua in corde meo.

11 Ne destituas me solito favore tuo, nec spiritum illum insigniter sanctum auferas à me.

12 Quin potius restitue mihi gaudium quod de salute mihi per te prestanda concepi, & principe illo spiritu muni me.

13 Hoc ubi presteris mihi, ego docebo peccatores quibus uis perueniatur ad te, & peccatis grauati meo ex-

- tuā, & peccatores
 14 ad te redibunt.
 Libera me de
 cruēto scelere deus
 ō Deus salus mea,
 ut celebret lingua
 mea iusticiam tuā.
 15 Adperi Domine
 labia mea, ut os
 meum exponat lau
 dem tuam.
 16 Quoniā si ama
 res uictimam, red=
 derem, sed holo=
 causta non oble=
 rant te.
 17 Victimæ dei, spi
 ritus contritus, cor
 fractum & comminutum, Hæc tu Deus

plō reuertentur ad te.

14 Libera me ab ho
 micidio quod commisi
 deus, & Deus autor sa
 lutis meæ, ut cum gau
 dō cantet lingua mea
 insignem illam iustitiā
 tuam.

15 Aperi Domine la
 bia mea, ut os meum
 prædicet laudes tuas.

16 Externis sacrificijs,
 etiā si plurima offer
 re coner, non placabe
 ris, neque hostia quæ
 altari imponitur, dele
 ctaberis.

17 Sed sacrificia qui
 bus placatur Deus, ea
 sunt, animus pœniten
 tia fractus, & cor do
 lore concussum & uul
 neratum: hæc à quo
 cunq; offerentur tibi
 ō Deus despiciere nun

- non contemnis.
 18 Bonitate ergo tua
 prosequere Zion,
 ut seruentur muri
 Ierusalem.
 19 Sic enim, gratū
 tibi fiet uictimis iu
 sticiæ, sacrificio, et
 holocausto: sic in
 aram tuā tauri im=
 ponentur.
 PSAL. LIY.
 1 Quid te, ō dij
 boni, magni
 ficas omni tempo=
 re, ō facinorose gi
 gas? *
 2 Cur perniciem
 molitur lingua tua, perinde ac nouacula

quam poteris.

18 Vere quæso solita
 benignitate tua erga
 Sion, ut extruas mu
 ros Ierusalem.

19 Tum grata tibi e
 runt sacrificia, quæ si
 gna sunt iustitiæ in
 terne: oblatio uidelicet
 quæ quis, & holocaut
 stum, tunc ritè sacrifi
 caturi imponent super
 altare tuum uitulos.

LII.

Quid gloriaris,
 & multa posse
 te putas p ma
 litiam: an ignoras sua
 clementia omnipoten
 tem Deum adesse bo
 nis omni tempore?
 Sermonem pestilē
 tem suppeditat scelera
 tus animus lingue tuæ.
 quæ similis est no
 uaculæ acutæ: quum

Quid glo
 riaris in
 malitia.

acuta que dolum
facit?

3 Cur maliciã po-
tius amas quam ho-
nestatem, mendaciũ
magis quam loqui
ueritatẽ? **אָדוּ**

4 Amas enim om-
nes sermones per-
niciosos, ò lingua
fraudenta.

5 Quamobrẽ, &
Deus funditus te
extirpabit, perdet,
ac è tabernaculo
demolietur, & radicem tuam è terra ui-
uorum. **אָדוּ**

6 Quod cum uidebunt iusti, stupebũt,
& supereo cum risu dicent:

ad refecandam bathã
adhibita, aberrat & iu-
gulum petit.

Amasti malitiã ma-
gis quam probitatem,
& mendacium magis
quam loqui id quod
uerum est. Ita res
habet.

Amasti omnis gene-
ris imposturas, ut illis
subuertas innocios, &
linguam habes nil nisi
fraudes edoctam.

Quare omnipotens
deus subuertet te, per-
det te, extrahet te è ta-
bernaculo, & radici-
tus euellet te de terra
uiuentium. Ita fiet.

Videbunt iusti, &
uenerabuntur Deũ: te

7 En gigantem qui
non fecit Deum ro-
bur suũ, sed in mul-
titudine opum sua-
rum spem posuit,
ac sceleri fidit.

8 Ego autem è fa-
milia Dei, uelut ui-
rens oliua, spera-
bo in bonitatẽ Dei
in æternum, & si
quid ultra est.

9 Gratias agã tibi
sempiternas p his
que fecisti, & co-
lam nomen tuum,
quoniã gratum est
apud sanctos tuos.

PSAL. LIII.

autem cum stultis co-
natibus tuis ridebunt.
Dicent enim, ecce
hic ille est uir, qui non
beneficio Dei fortis
esse cupiuit: sed fidu-
ciam habuit in diui-
tijs, & sceleribus potẽ-
tiam affectauit.

Ego interim simi-
lis ero oleæ uirẽti, idẽq;
in domo Dei: spem e-
nim meam posui in mi-
sericordiã Dei, quam
nullo unquam tempo-
re deponam.

Laudibus cõferam
te, quia fecisti hoc, &
patiẽter expectabo cle-
mentiam, que respon-
det ipsi nomini tuo,
apud sanctos tuos gra-
tiosissimo.

LIII.

1 **V**Ani dicit in cordibus suis, non est Deus: sceleribus enim corrupti & abominabiles facti sunt, nullus est qui bonum operetur.
2 Deus caelo prospexit ad filios hominum, ut uideret an esset qui sciret ac Deum quereret.
3 Hic quisque deserat, simul corrupti erant, nullus bonum operabatur, ne unus quidem.
4 Non ne manifestum est, quod scelera faciunt? quod populum meum uelut cibum

Dixit in
 sapiens in
 corde
 suo.

Peruasum habet animo suo stolidus, nullum esse Deum, corruerunt & abominabiles fecerunt se, nec quisquam est ex omnibus qui faciat bene.

2 Deus e caelo prospexit, & contemplatus est posteros Adae, ut uideat num sit prudens quispiam, qui studeat placere Deo.

3 Singuli defecerunt, una omnes obominabiles facti sunt, nec est qui faciat bene, ne unus quidem.

4 Ignorare ne poterunt scelerati illi, qui deuorant plebeculam meam, non aliter quam deuorari solet frustum.

deuorant? Deum autem non inuocant?
5 Quod metuunt non metuenda? sed Deus dissipabit ossa eorum qui te oppugnant: Confundes eos, nam Deus abhorret ab eis.
6 Quis dabit de Zion salutem Israel? ut cum restituat Deus captiuitatem populi sui, exultet Iacob & letetur Israel.

panis, non hoc licere illis: nihil ne unquam de Deo legerunt?

5 Quare pauebunt etiam ubi pauore non erit opus, Deus enim disperdet ossa illorum, qui exercitum educere conabuntur, & Christe, aduersum te pudore afficies eos, & infamia, Deus enim spreuit eos.

6 Utinam Dominus profecerat e Zion omnimoda illam salutem Israel promissam, quae fiet quando Dominus populum suum liberabit e captiuitate, tunc exultabit seruo Iacob, & letabitur Israel.

LIIII.

Deus pro maiestate nominis tui serua me, & quum potestatem me fac.

PSAL. LIIII.

1 Deus per nomen tuum salua me, & tua uirtute uindica me.

- 2 Audi deus orationē meā, aurē praebe uerbis oris mei.
- 3 Quoniā hostes insurgunt aduersum me, & uiolenti, qui Deum pro oculis suis nō ponunt, querunt uitā meam. **7**
- 4 Sed ecce Deus auxiliū tulit mihi, Dominus sustentat animam meam.
- 5 Reddet malum inimicis meis, & in fide sua diminuet eos.
- 6 Liberaliter ergō
- abundē habes, ut scire iniuriam illatam mihi.
- Deus audi precationem meam, aures praebe uerbis oris mei.
- Quia etiam alienigenae insurrexerunt aduersum me, & homines scēi magno studio conati sunt perdere me: non habita ulla ratione tui d̄ Deus. Ita res habet.
- Verū quia Deus auxiliū est mihi, & Dominus ē numero est eorum, qui tutantur animam meam.
- Ipsē retorquet malum, quod mihi parāt, in eos ipsos, qui iniuria afficiunt me: ergō pro bona quāso fide tua seruandis promissis, subuerte illos.
- Liberaliter sacrificia offeram tibi, laudi-

- sacrificabo tibi, et collaudabo nomen tuū Domine quoniam bonum est.
- 7 Nam eripuit me ex omni tribulatione, ut hostes meos oculus meus despiciat.
- PSAL. LV.
- 1 Exaudi Deus orationē meā & deprecationem meā ne auerferis.
- 2 Attende mihi, et exaudi me cū strepitu ordientem ac tumultuantem.
- 3 Præ uociferatione hostium, præ infestatione impiorum, qui mihi crimina
- bus offeram nomē tuū Domine, bonum est enim & gratiosum.
- Eripuit enim me ex omni angustia, & eius beneficio uidit oculus meus, qualia quisque uellet in capitalibus inimicis suis.
- L V.
- A**ures praebe d̄ Deus precationi meae, & ne auerferis quāso preces meas.
- Exaudi deus orationem meam ne de-
- Accōmoda te mihi, et exaudi me, turbatus sum enim: & prae dolore moueo me nunc huc nunc illuc, & inter orādum conturbor.
- Propter minas inimici, & scūitiam impij qui impingere mihi copitū ordientem ac tumultuantem.

- obtrudūt, & irati
imminent mihi.
- 4 Labascit cor me-
um intra me, &
mortis metus irru-
erunt in me.
- 5 Timor & tre-
mor ceciderunt in
me, & horror o-
peruit me.
- 6 Et reputo me-
cum, ò si dentur
mihi ala columbi-
nae, ut auolare &
quiescere possim.
- 7 En longissimè
profugerem, atq;
ad eremum diuiterem.
- 8 Properarem ad euadendum, uento

nabātur iniquitatem,
& irati insurgere ad-
uersum me.

4 Cor meum trepida-
uit intra me, & terricu-
lamenta mortis corri-
puerunt me.

5 Timor & tremor
inuasērunt me, & cir-
cundedit me undique
pauor.

6 Quare dixi apud me,
utnam dentur mihi
alae sicut datae sunt co-
lumbae, ut auolare mi-
hi liceat, & alium in lo-
cum commigrare tu-
torem.

7 Certè procul hinc au-
fugerem, & in locis pe-
nitius desertis habitatē
potius, quàm inter hos
impios. Ita res habet.

8 Festinarem fuga fa-
luti mee consulere, &

אלו

- ocius rapido, ac
turbine.
- 9 Dissipa Domine
& scinde linguas
eorū, quoniā uidi
urbem plenam esse
iniuria et cōitijs.
- 10 Quæ nocte &
die in muris eius
obambulāt, in me-
dio autem eius la-
bor & dolor.
- 11 In medio eius
nequitia, non fa-
cessit è plateis eius
fœnus & fraus.
- 12 Quòd si hostis
meus me calumniaretur, ferendū duce-
rem, si osores mei supra me eueherētur,

subducere me à pericu-
lo uenti uehementis,
& tempestatis.

9 Perde Domine &
scinde linguas eorum,
scelere enim & seditio-
ne plenam offendi ciui-
tatem istam.

10 Die ac nocte cingent
hæc ciuitatem istam,
non aliter quàm mo-
nia ipsa ciuitatē solent:
iniquitas & oppressio
regnant in illa.

11 Nullum sceleris ge-
nus non regnat in me-
dio ciuitatis illius, nec
ulla platea ab impostu-
ra et dolo immunis est.

12 Non eū ex professio
inimicus p̄bro affectit
me, tolerabile esset il-
lud: meque palam ho-
stis erexit sese aduer-

- declinare ab eis.
- 13 Sed tu ò collega,
còmito, & note
mìs cui secreta mea
suauiter credidi.
- 14 Quo cum do=
mum Dei cum ex=
ultatione adij.
- 15 Irrue in eos ò
mors, ac uiui ad fo=
ueã abeant, quoniã
malicia in domici=
lijs & penetrati=
bus corũ regnat.
- 16 Ego autem ad
Deum clamaui, et
Dñs saluauit me.
- 17 Vespere, manè
& meridie locutus sum ac institi, et ex=
sum me, cuius uitare
potuissẽm confortium.
- 13 Sed tu homo quem
præfeci rebus meis, qui
& ueluti dux fuisti mi=
hi, & arcuissima famili=
aritate coniunctus:
- 14 Mutuò enim & sua=
uiter secreta nostra cõ=
municauimus, & in do=
mo Dei uersati sumus
concorditer.
- 15 Inferet Deus mortẽ
de improuiso illis, de=
scendent ad inferos ui=
ui, regnant enim nequi=
tate in tabernaculis illo=
rum, imò in ipsis pene=
tralibus cordium illo=
rum.
- 16 Ego uerò contra ho=
rum insidias Dei au=
xilium implorabo, nec
Dominus dedignabit=
tur succurrere mihi.
- 17 Vespere, manè, &
ipso meridie pabor,

- audiuit uocẽ meã.
- 18 Redemit uerè a=
nimam meã ab his
qui mihi immine=
bãt, quoniã cũ mul=
titudine aduersum
me aderant.
- 19 Exaudiuit inquã
Deus, qui ab ater=
no usque in sem=
piternum regnat,
& humiliauit il=
los, quia non erat
spes quòd mutaren=
tur, non enim reue=
rentur Deum.
- 20 Misit ergò ma=
num suam in eos qui peculium suũ erãt,
& irritum fecit fœdus suum.
- & sollicitus ero quoad
uocem meã audierit.
- 18 Restituet pacem ani=
mæ meæ, & liberabit
eam à prestantibus cõ=
tra me, quamuis pluri=
mi sint, qui undiq; op=
pugnant me.
- 19 Audiet deus, & sup=
plicium de illis sumet
is qui iniis illorum ni=
hil commouetur, sed fe=
det tranquillus & im=
mutans perpetuò.
Ita res habet. illi in=
terim dignissimi sunt,
qui pereant, nunq; em
sceleratum uitæ genus
mutabunt, nec Deum
reuerbuntur unquã.
- 20 Infecit manum uio=
lentam in eum, cum
quo pacem simulauerat,
amicitiæ uinculo
turpiter rupto.

21. *Os illorū mitius est butyro, æque cor eorū simulāt, lentiora sunt uerba eorum oleo, cū sint gladij.*
22. *Domino igitur commenda curam tui, is enī enutriet te, neq; permittet ut iustus unquam loco moueatur.*
23. *Tu uerò Deus detrahes in puteū interitus: homines sanguinarios, do-
losi non peruenient ad dimidiū dierum suorum: ego autem in te sperabo.*

21. Blandius fecit quicq; eorum os suum lacte, quum tamen prælium infituerent in animo: gratiosiores uisi sunt sermones eorū quouis unguento, quum re ipsa essent gladij.

22. Reijce in Dominū sarcinam tuam, nec dubita quin ipse perfecturus tibi sit omnia: qui nūquam sinet obrui iustum.

23. Tu interim Domine præcipitabis illos in puteum interitus: uiri enim sanguinarij & fraudulenti nō peruenient ad dimidium uitæ: quare ego spem meam omnē collocabo in te.

LVI.

ad dimidiū dierum
sperabo.

1. *Miserere mei Deus, est enim qui me conculcat, & sine intermissione oppugnādo adfligit.*
2. *Conculcant me inimici mei omni tempore, multi enim sunt qui me superbe oppugnant.*
3. *Quocunq; autē momento metus mihi intentatur, in te Domine spero.*
4. *In Dei uerbo glorior, in Deū spero, neque metuo quid mihi faciat caro.*

1. Miserere mei Deus, conculcare enim conatus est me homo, qui assidue oppugnās uehementer affligit me.

2. Conculcare conantur me hostes mei omni tempore, qui & plurimi sunt, & animo hostili persequuntur me & altissime.

3. Quocunq; tempore timor inuaserit me, ego ad te confugiam, nihil dubitans quin liberatus me sis à malis.

4. Fretus benignitate Dei, boni consulam quicquid ab illo immititur mihi, in Deo posui fiduciam meam: quare nō timebo quicquid moliarur aduersum me caro.

- 5 *Omni tempore adfligūt res meas, omnia consilia sua malo meo capiunt.* 5 *Ipsi asidue quicquid uel dicerem uel facerē, calumniabantur, studebant modis omnibus nocere mihi.*
- 6 *Alienant, et abstrudant se, uestigia mea obseruāt, quomodo animam meam capiant.* 6 *Conspirabant & infideliabantur ipsi: & uestigia mea obseruabant, studiosē hoc agentes, ut capiant animam meam.*
- 7 *Sed frustra, elabetur enim ab eis: nam tu Deus in ira populos dei iei.* 7 *Erūt ne hęc iniquitas impunita illis nequaquam. Sed ueluti iratus, quibus tam sunt multi, ut populos exquere numero possent, præcipitabit eos Deus.*
- 8 *Fugas meas dinumeras, lachrymas meas in utrem tuū reponis: non ne in ratiōibus tuis sūt?* 8 *Quam sæpe fugere cōpulsus fuerim, tu diligenter numerasti, collige quæso lachrymas meas, & infunde in utrum tuum, ut uideas quā sunt multe, imō in libro rationum tuarum scibe eas.*
- 9 *Quocumq; die* 9 *Tandem in fugā cō-*

- inuoco, ptinus terga uertunt hostes mei, quō certus fio q; Deus meus es.* *uertentur inimici mei: quocumq; tempore implorauerō auxiliū, futurum scio ut Deus adsit mihi.*
- 10 *In Dei uerbo glorior, in Domini uerbo glorior.* 10 *Quare fretus benignitate Dei, boni consiliā quicquid accidat mihi: fretus inquam benignitate Domini, æquo animo ferā quicquid eueniat mihi.*
- 11 *In Deum spero, non metuum quid mihi faciat homo.* 11 *Deo totū me cōcredidi, quare non metuā quicquid moliat aduersum me homo.*
- 12 *Ad te Deus uerba mea feram, tibi gratias agam.* 12 *Cōstitui apud me Deus sacrificia, quæ uerā offerre tibi, quæ sic persoluā, ut accepta referā mea omnia tibi.*
- 13 *Eripuisti enim animam meā à morte, sed ex pedes meos à lapsu, ut recedam coram deo, in luce uiuorum.* 13 *Eripuisti enim me è faucibus mortis certo certius, pedes meos tu continuisti, ne laberentur, & uires suppedita-si, ut possim ambulare coram te mi Deus.*

PSAL. LVII.

1 Misere
mei Deo,
miserere
mei, qm̄.

1 **M**iserere mei
Deus, mise
rere mei, te enim
fidit aia mea, et in
umbrā alarū tua=
rum spero donec
prætereat malicia.

2 Clamo ad Deū
excelsū, ad Deū
q̄ me undiq; p̄ficat.

3 Is cœlo mittet
& liberabit me op
probrio conculcan
tis me perpetuò:
mittet inquam per
bonitatem & veri
tatem suam.

4 Liberabit animam meam in medio sus

illustratus lumine quo
solent qui uiuunt per
petuò.

LVII.

1 **M**iserere mei
Deus, misere
re mei, de te
em p̄det anima mea,
protegar quæso sub
umbrā alarū tuarum,
quoad præterierit sce
lerum colluuius.

2 Implorabo auxiliū
Dei altissimi, Dei illi
us qui perficiet quæ
cepit in me.

3 Demisit ē summo
cœlo qui eripiat me:
& infamem faciat eū
qui conculcare cona
tur me. Ita fiet.
demittet inquā Deus
pro benignitate & fi
de sua aliquem ex al
to, qui liberet me.

4 Versari cogor inter
leones potius quam

rientium leonū ia=
centem, nempe, in=
ter filios hominū
quorum dentes ha
ste et spicula sunt, 5
lingua uerò, gla=
dius acutus.

5 Exalta Deus su= 6
per cœlos, & su=
per omnem terrā,
gloriam ac maiesta
tem tuam.

6 Rete enim para
uerūt pedibus me=
is ad capiendū ani 7
mam meam, fode=
runt ante me fo=
ueam, in quam ipsi incident. אָדוּ

7 Paratum est cor meum Deus para

homines, & dormire
inter furiosos, & ho
mines quorum dentes
similes sunt lanceis &
sagittis, & lingua gla
dio acuto.

Conspicuus appare
t cœlo Deus, & per
uniuersam terram app
pareat quanta sit ma
iestas tua.

Rete expanderunt
pedibus meis, tantum
non iretitus fui illo,
foderunt foueam in
uia per quam iturus
eram, sed ipsi corrup
erunt in eandem illam
quam foderāt in per
niciem meam. Ita fa
ctum est.

Optimè animatus
sum Deus, optimè in
quam animatus sum,
quare et uoce cātabo.

tum cor meum, ut
canā & psallam.

8 Expergiscere
quicquid possum,
expergiscere che=
lis & cithara, ex=
pergiscar ipse q̄
maturrimē.

9 Vi in populis te
celebrē Dñe, ut in
gentibus te canam.

10 Bonitatis enim
tuā magnitudo us=
que ad cœlos ptin
git, & fides tua
usq; ad nubes.

11 Exalta Deus sup
cœlos, & super
omnē terram gloriā ac maiestātē tuam.

& musicis instrumētis
psalmos modulabor.

8 Expergiscere o ani
ma mea, expergisce
re, & profer te nablū
& cithara, ut modula
tione suauē uel ipsam
excitem auroram.

9 Palam gratias agā
tibi in frequentia po
puli Domine, canta
bo laudes tuas, etiam
apud hominum uaria
rum nationū multitu
dinem maximam.

10 Tam est enim grā
dīs misericordia tua,
ut ad cœlos usq; per
tingat, & maior sit q̄
distantia hinc ad nubes
tua in seruandis pmis
sis constantia.

11 Conspicius appare
e cœlo Deus, & per
uniuersam terram fac
appareat, quanta sit
maiestas tua.

PSAL. LVIII.

1 SI uerē iustitiā
Smeditami, qd'
æquum est iudica=
te filij hominum.

2 Sed in corde ne=
quitiam concinna=
tis, in terra manus
uestre ad rapinam
extenduntur.

3 Alienatur impij
ab utero, errant a
uentre, loquentes
mendacium.

4 Furor eorū par
est anguim furo=
ri, & sicut aspis
surda obturant au=
res suas.

LVIII.

1 Tane res habet, Si uerē
ut uos quibus p- utiq; iu=
uincia indicādi re- stitiā. lo=
ste madata est, iustitiā qui.

loquamini, & quæ iu
sta sunt iudicetis uos
posteri Adæ?

2 Nihil profectō faci
tis minus, quum sceler
ra animo struatis po
testatē nacti in terra,
quamuis iniquitatem
manus uestre pro æg
rate uenditent, tanq̄
iusta statera uos om
nia expendatis.

3 Aberrauerūt, ab eo
quod rectum est, impij
a tēpore quo primum
æditū fuerunt in lucē,
errare cœperunt, ab
utero matris loquen
tes fucata.

4 Venenum eorum
simile est ueneno ser
pentis, & callidissimæ
aspidis ultrō absurde

- 5 *Que non exau-* scētis & obturantis
dit uocem incanta- aurem suam.
torum, quantum= Vt nō cogatur au-
cūq; docta sint car- dire uocē eorum, qui
mina. murmure suaui fallere
illam conantur, etiam
si incantandi artibus
sint instructissimi.
- 6 *Cōtere ō Deus* Deus cōminue den-
dentē corū in ore tes eorum intra os eo-
ipsoꝝ, molares ca- rū, dentes molares eo-
tulorū leonum cō- rum quibus leonū ca-
fringe Domine. tulis similes sunt, con-
fringe Domine.
- 7 *Liqueant sicut* Diffuant sicut a-
aquæ, & sic deflu- quæ natura labiles, sa-
ant; sagittas suas gittæ quas iaculantur
cum dirigunt, sicut inter uolandū confrin-
illæ cōfringantur. gantur.
- 8 *Diffuāt uelut li-* Similes fiant lima-
max, & sicut abor- ci, quæ inter rependū
tiuum scemine priusquam solem uidet. colliquefcit, & aborti
uo, uel talpæ, quæ nō
uidet solem.
- 9 *Priusquam spinæ eorum adolescant* Priusquam crescant

- in rannum, repen-* spinæ uestræ ō impij
tē uiuos sicut acer- in thannum, in flore
rino furore tollat gratis ueluti iratus Do-
eos turbo. minus subuerter eum,
qui dux est uester unā
uobiscum.
- 10 *Sic iustus letabi-* Gaudebit iustus
tur cū uidebit ul- ubi uiderit inidistam,
tionem, & pedes pedes suos madefaciet
suos lauabit in san- sanguine impij.
guine impij. Et dicit quisuis ui-
derit, utiq; fructum af-
feret iusto iustitia sua,
utiq; est Deus iudex
eorū, q̄ sunt in terra.
- 11 *Et dicit homo,* L I X.
p̄fectō merces ma- L
net iustum, profe- bera me ab ini-
ctō est Deus q̄ uin- micis meis mi-
dicat terram. Deus, & contra
illos, qui insurgūt ad-
uersum me, defende
quæso me.
- PSAL. LIX.
- 1 *L*ibera me de Libera me ab ini-
inimicis meis Deus meus, & ab his minibus sceleratis, &
qui insurgunt in me protege me.
- 2 *L*ibera ab his q̄ sceleratē agūt, & à

Etipe me
de inimi-
cis meis.

*sanguinarijs homi-
nibus salua me.*

3 *Nam ecce insti-
diatur anime mee,
horribiliter irruunt
in me, nihil trans-
gressum aut pec-*

4 *Citra crimen
properat & accin-
guntur, exurge &
uide ad auxilian-*

5 *Quin, tu Domi-
ne Deus exercituum
Deus Israëli, exur-
ge ad multandum
omnes gentes, neq;
miseret te omnium scelerate præuarican-*

*cōtra sanguinarios tu-
tare me.*

3 *Ea enim est illorū
hominū improbitas,
ut mihi insonti insidias
struxerint, & consp-
rauerint aduersum
me feroces, quos ego
nūquam ulla affecti in-
iuria, nec peccati qcq̃
in eos admisi.*

4 *Quamuis nulla re
læsi sint à me, tamen
currunt ut noceant mi-
hi, & summo studio
conantur perdere me,
exurge Domine in oc-
cursum mihi, & uide
horum insaniam.*

5 *Tu ergo Domine
quum Deus sis, & im-
perium habeas in o-
mnes exercitus, & Deus
sis populi Israëlitici,
exurge ut uisites uni-
uersas gentes, nec mi-
seret te eorum, qui*

tium. אבב

6 *Peruagentur &
circumeant urbem
usq; ad uesperam,
et instar canis mur-*

7 *Ecce ore suo ob-
ruunt, gladij sunt
in labijs eorū, quis
enim animaduertit
in eos?*

8 *Nisi tu Dñe ri-
des eos & cōtem-
nis omnes gentes.*

9 *Robur meū tibi
acceptum fero, tu
enim Deus propugnator meus es.*

10 *Deus, bonitas tua anteuertit me: Deus,
quomodo cum hostibus meis agendum*

*sunt in malitia obdu-
rati. Ita fiat.*

6 *Reuertentur ad ue-
esperam, oblatrabunt
tanquā canes, & ciui-
tatem circuibunt.*

7 *Res intra profectō,
ore & labijs suis gla-
dios loquuntur, nec ta-
men quēquam esse pu-
tant qui audiat.*

8 *Sed tu Domine ri-
debis conatus eorū, &
subfannabis cōsilia gē-
tium omnium.*

9 *Viribus illius aduer-
sarij mei ego te oppo-
nā, qui protector me-
us es Deus.*

10 *Qui pro sua beni-
gnitate muniet me, pri-
usquam illi insultum
facere possint in me:
& ostendet mihi in*

- mibi sit, docet me. hostibus meis, qualia
videre uellet quicquam
in suis.
- 11 **Ne trucidés eos,** ¹¹ Ne occideris tibi
ait, ne populus meus
negligens fiat. ¹¹ to eos Domine, ne pe
nitus in obliuionē ue
niat hæc ultio tua po
pulo meo: sed uagari
coge illos de loco ad
locum, fortitudine tua
prosterne illos tu, qui
fortitudo es nostra Do
mine.
- 12 **Propter pecca=
tū oris eorū, pro=
pter sermonem la=
biorū, atq; super=
biam eorū capian=
tur: propter periu=
ria & mendacia**
singuli ducantur. ¹² Peccatum oris illo
rum, & sermo labio
rum illorum meren
tur, ut ipsi illis eisdem
fastuosis uerbis capia
tur, abominaciones e
nim & mendacia cre
pabunt assidue.
- 13 **Cōsume in fer=
uore cōsume, ut nō**
sint, quō uideant ¹³ Finem impone ita
tus execrationibus il
lorū, sic finē impone
ut nullæ sint amplius
reliquæ, & sciāt tandē
Deū esse, qui imperiū
habeat in Iacob, cuius

- usq; ad fines ter=
ræ quōd Dñs est q
regnū tenet in
Iacob. **Ps**
- 14 **Peruagentur &
circumeant urbem**
usq; ad uesperam,
et instar canis mur=
murent. ¹⁴ Conuertentur sub
uesperā, Iarrabunt tan
quam canes, & circū
bunt ciuitatem.
- 15 **Sic isti ad eden=
dū dissipentur, sed**
inanes dormiant. ¹⁵ Ipsi discurrent de
loco ad locum, ut com
parent usum sibi: &
quā non famelicū in
uenient quo saturen
tur, cubabunt.
- 16 **Ego autem can=
tem fortitudinem**
tuam, & ocuus de=
prædicem bonita=
tem tuam, tu enim
fuisi protector meus & refugium meum
in tempore angustie mee. ¹⁶ Ego uerō cantā
bo fortitudinem tuam
cum exultatiōe, sum
mo manē cantabo be
nignitatem tuam: fui
sti enim protectio mi
hi, & refugium quo tem
pore periclitabar inter
hostes meos.

17 *Tibi ô robor meû, psallam. Tu enim Deus protector me⁹ es, Deus thesaurus meus.*

PSAL. LX.

1 *Deus repulisti nos et de-*
D*eus, repulisti nos, indignaris nobis et auersaris.*

2 *Cocuisti et rupisti terrã nostrã, refice rupturas eius, nam uacillat.*

3 *Ostendisti populo tuo grauiã, potasti nos uino patris pleno.*

4 *Sed da quæso ti-*

17 *Quicquid in me est roboris, tibi cantãdo acceptũ ferã: tu enim ô Deus protectio mea es: & tu Deus autor mihi es eius boni, quæ in me est.*

LX.

1 **D***Eus qui auxilio tuo destitueras nos, & disperse- ras nos, propterea quod iratus fueras nobis, nunc tandem ira depofita redi ad nos.*

2 *Comouisti grauiter terram, & ueluti hiare fecisti eam: refice nunc tandem fissuras illius, uacillat enim.*

3 *Exhibuisti populo tuo spectacula durissimã, potasti nos uino, non quod bibetes exhilaret, sed mœstissimos faciat.*

4 *Dabis istis qui reuerentur te uexillum, ut*

mētibus te signũ, ut sese erigant sub aduentum equi et recti.

5 *Ut liberentur dilecti tui: exaudi et salua nos dextera tua.*

6 *Deus locutus est in sancto suo, quod me exhilarat: diuidã Sichem, et uallẽ Suchoth dimetiar.*

7 *Meus est Galaad, et meus est Manasses, Ephraim robur capitis mei, Iuda dux meus.*

8 *Moab angusta ol-*

erigant illud cõtra hostes suos, & uiso eo in fugam conuertantur, hoc enim facturum te pollicitus es. Ita res habet.

5 *Ut eripiantur è periculis amici tui, tu dextera tua uictoriã adfer, & responde uocis nostris.*

6 *Deus promissit per spiritum sanctum iustis hæc se facturum, quare ego serio exultabo: diuisurus enim sum pro meo arbitratu Secchem, & uallẽ Suchoth tanquam meam dimetiar.*

7 *Ad me pertinebit Galaad, meus est Manasses, Ephraim fortitudo capitis mei, Iuda à cõsilijs & dux meus.*

8 *Moab olla ablutionis mihi, usque in Iudam meam proferam cal-*

la mea, ad Idumæã
extendam calceos
meos, Palesini cū
plausu ad me ue-
nient?

9 Quis direxit me
ad urbẽ munitam?
quis duxit me ad
Idumæam?

10 Nonne tu deus,
q̄ dereliqueras nos
neq; p̄ficiſcebaris
cū exercitu nostro?

11 Qui nobis opem
fers in angustia,
uana enim est hu-
mana salus.

12 Sed Dei uirtute rectè geremus rē, ille
enim conculcat hostes nostros.

cum meum & seruitar
ti subijciam, Philistea
si sapias ambi amicitia
meam.

9 Quis perducet me us
que in ciuitatem muni-
tam, quis me perducet
usq; in Idumæam?

10 Nonne tu deus, qui
auxilio tuo longo nos
tempore destitueras?
nonne tu deus nūc egre-
deris in pradium no-
biscū, & duxeris exer-
cituum nostrorum?

11 Tu robor tribue no-
bis ad pellenda pericu-
la: uana est enim salus,
quæ expectatur ab ho-
mine.

12 Auxilio D̄i desti-
gnabitur fortis, &
ipse cōculcabit uniter-
fos, qui opprimere co-
nabuntur nos.

PSAL. LXI.

LXI.

1 Exaudi Deus
Eclamorẽ me-
um, attende ora-
tioni meæ.

2 De quibuscunq;
finibus terræ i an-
gustia cordis mei
ad te clamo, in pe-
trã editiorẽ, quã
ego conscendere
quæã collocaſ me.

3 Tu enim es spes
mea, robusta turris
ab hoste.

4 Habitem in taber-
naculo tuo in sempiternum, securus sim
tegumento alarum tuarum. אלו

5 Tu enim Deus exaudis uota meã,

AVdi Deus da Exaudi
morem meum, deus dep-
prebe aurẽ tuã cationem
precationi mee. meam.

2 E terra, quæ iogissi-
mo tractu à cœlo diſsi-
det, ad te clamabo: &
in anxietate animi cō-
stitutus orabo: ut uelut
in rupem, ad quam
uiribus meis perſinge-
re non poterò, perdu-
cas me.

3 Tu enim semp spes
mea fuisti, & instar tur-
ris munitissima, cōtra
hostem.

4 Quare & habitabo
in tabernaculo tuo se-
culis infinitis, & tutus
ero sub umbra alarū
tuarum. Ita fiet.

5 Tu em̄ Deus exau-
di uota meã,

Et hereditatē tribuis timentibus nomen tuum.

6 *Tēpus regi pro-
telabis, ut anni eius
per singulas gene-
rationes durent.*

7 *Vt imperpetuum
habitēt corā deo,
bonitas et fides cu-
stodiant eum.*

8 *Sic psallā nomi-
ni tuo in aeternum,
ut reddam quoti-
die vota mea.*

PSAL. LXII.

Nonne
deo subie-
cta est.

1 *At tamē deum
unicē observa-
bit aīa mea, ab eo enim pēdet salus mea.*

disti nota mea: & dedi-
sti omnia, quibus opus
habent tibi, qui colūt no-
men tuum.

6 Annos addes annis
regis, quare anni vitæ
illius erunt, nō quales
esse solent reliquorum
hominum, sed genera-
tionum infinitarum.

7 Vt securus sedeat
rex ille perpetuō in cō-
spectu Dei, benignita-
tem & stabilitatem pa-
ra illi, ut ea seruet illū.

8 Sic fiet ut cantē no-
men tuum perpetuō,
& quæ uoueram uota
perfoluam assidue.

LXII.

Merito Deum
patienter ex-
pectat anima
mea, ab ipso enim pro-
ueniet salus mihi.

2 *Attamen ille so-
lus rupes & salus
mea est, fulcrū me-
um ut non magno
perē nutem.*

3 *Quousq; infidi-
as struitis cuique
uos omnes, ac tru-
cidatis perinde ut
cū paries iclinatus
aut septū diuulsum
desicctur.*

4 *Dūtaxat initis cō-
filium de statu eius
ad deiciendū, men-
dacio delectamini,
ore laudatis et cor-
de execramini.*

5 *Attamen Deum unicē obseruabit ani-*

2 Ipse enim est instar
rupis mihi, salus mea,
firmamentum meum:
quare nunquā inque-
rabor multum.

3 Quousq; homines
infanti perdere conabī
mini eū, qui charus est
Deo, ignari quod ipsi
mox subuertemini: q-
siam nunc similes estis
parietī ruīnam minan-
ti, & septi tantum non
collapse.

4 Causa certē odij in-
uirum illū ea fuit præ-
cipua, quod uidebant
illum auxilio dei cre-
scere, hoc ut impediret
stulti, inuito consilio fa-
nē ridiculo, subuertere
illum conabantur: &
quasi falli posset deus,
ore suo blandiebantur
illi, quum animo uel-
lent pessimē.

5 Verū tu Deū pa-

ma mea, ab ipso enim pendet expectatio mea.

6 Attamen ille solus rupes & salus mea est, fulcrum meum ut non nutem.

7 Deo nititur salus mea, & omnia mea, firmamentum meum, robur meum, et spes mea in Deo est.

8 Sperate in cum populi omni tempore, effundite coram eo corda uestra. Deus spes nostra sempiterna. אָדָּוָה

tienter expecta deus anima mea: ipse enim turbabitur te contra horum infidias, & salutem quam expectas, adferet tibi.

6 Certo enim certius ipse est mihi instar rupis inaccessae hostibus meis, salus mea, firmamentum meum, quare nunquam loco meo mouebor.

7 In Deo est salus mea, gloria mea, rupes fortissima ipse est mihi, & spes mea sita est in eo.

8 Fideite illi omni tempore quicquid acciderit uobis, & quotquot usque estis populi effundite corda uestra, & omnia consilia uestra in sinu illius: quod si feceritis, sentietis deum nobis omnibus adfuturum, & tutaturum nos contra omnium infidias. Ita res habet.

9 Attamen filij hominum uani sunt, mendaces sunt eos usque, ut si in balancem contra uanitate ponas, ista cum eos simul propendeat.

10 Nolite sperare in iniuria & rapina, nolite uanitati uos dedere: diuitiae si affluant nolite cor adfigere.

11 Semel locutus est Deus, quod ego iterum atque iterum audiui, quod Domini est robur.

9 Videte ne spem uestram in ullo homine ponatis: sunt enim ipsi summa uanitate uaniores, tam plebei quam principes, quod palam fiet, si apprehenderentur in bilance cum ipsa uanitate: plus enim ponderis inesse deprehenderetur uanitati ipsi, quam omnibus illis in altum tamquam reuulsissima sublati.

10 Quare sperare nolite opibus rapinae partis, necque ob uires, quibus nunc alijs fortiores uide mini, ad fulcritum usque uobis placueritis: quia potius diuitiae abique in iustitia partae, si copiosae adfuerint, nolite uos animo illis adfigere.

11 Unum quiddam locutus est Deus, sed saepe penumero illud audiui, solum Deum esse, qui possit omnia.

12 Quodq; tibi Do-
mine bonitas adest
quodq; tu Domino
reddis cuiq; iuxta
opera sua.

PSAL. LXIII.

Y **D**eus deus me
Deus de-
us meus,
ad te. **D**es tu, ad te
maturo, adeo uehe-
menter sicut te cu
anima tum corpus
meum.

2 In terra deser-
ta et siticulosa pro-
pter aquæ penur-
riam, perinde adpa-
reo coram te atq;
in sacra æde, ad contemplandum fortitu-
dinem et gloriam tuam.

12 Et te dominū natu-
ra esse clemētissimū:
quare & malos male
perdere potes, & tuos
pro tua clementia per-
petuū facere felices.

LXIII.

1 **D**eus, potentissi-
mus mihi De-
us es tu, quare
summo studio manē
querā te: sicut enim
te anima mea, deside-
rauit: te caro mea in
terra hac deserta, & p-
pter inopiā aquæ, ppe-
tue siccitatis dānata.

2 Non aliter q̄ terra
hæc aquam desiderat,
ego te in loco sanctita-
ti tuæ destinato uidere
cupiui, & contemplari
potentiam & maiesta-
tem tuam.

3 Nam bonitatem
tuam hac luce præ-
stantiorem duco, et
labia mea te col-
laudant.

4 Idcirco per om-
nem uitam meā te
celebro, et in no-
mine eleuo manus
meas.

5 Anima mea satu-
ratur, uelut adipe
et pinguedine, quā
os meu exultatibus
labijs collaudat.

6 In cubili meo me-
mor tui sum, i uigi-
lijs te meditor.

7 Tu enim fers opē

3 Melior est enim be-
nignitas, qua tuos pro
sequeris, ipsa hac cor-
poris uita: quare labia
mea nunquam desinēt
laudare te.

4 Hic mihi erit mos
agendi gratias tibi, ut
cum ueneratione no-
minis tui ad omnia,
quæ facturus sum ma-
nus admoueam.

5 Non aliter quā si
adipe et pinguedine ue-
luti delicatissimis ci-
bis, tum saginabit ani-
ma mea, quum labijs
exultatione plenissi-
mis laudes tuas decan-
tabit os meum.

6 Quotiescunq; me-
mor factus fuero tui:
etiā in lecto, quacunq;
noctis uigilia, animo
cū gratiarū actione te
uoluam & reuoluam.

7 Fuisi enim auxilio
sæpius mihi: quare

mibi, & in umbra
alarum tuarum
exulto.

8 Adhærescit tibi
anima mea, fulcit
me dextera tua.

17 Tu constituisti
terminos terrae,
aestate & hyemē
tu formasti.

18 Idcirco memine
ris o Domine con
tumeliarum hostis
& stupidi populi
qui blasphemat no
men tuum.

19 Ne tradas fera
turturem tuam, ne
obliuiscaris humi=
lium tuorū imper=
petuum.

aquam tanquā ex fon
te, tam copiosam ut in
instū flumen excreue=
rit: eōtrario rapidissi
mos fluuios exicasti,
q̄ties ita tibi uisū fuit.

16 A te est uicissitudo
haec dierū & noctium,
quibus tu elegāter, ut
praesint, distribuisti p̄
natura utriusq;: lunā
uidelicet & reliquarū
stellarum lumen noctū,
& s̄ olem diei.

17 Per te stabiles sunt
uarij illi anguli terrae,
aestatem ab hyeme tu
discruuisti.

18 Habe rationē huius
tam insignis contume
liae: hostis enim ille nō
solum affligit nos, sed
& dominū te, asidue
afficit contumelia, &
populus stolidus exc=
cratur nomen tuum.

19 Ne obieceris multi=
tudini hostium turtu=
-

- 20 *Respice fœdus, quoniã tenebrosa terræ domicilia scelerè repleta sunt.* rem tuam, & multitudinis pauperũ tunc solius curæ relictorum ne obliuiscaris perpetuo.
- 21 *Ne repellatur contritus & ignominia adfectus, humilis & pauper quod nomen tuũ laudat.* 20 *Respice ad fœdus, quod cum patribus pepigit: eod enim malorum peruenimus, ut in terribissimis locis, & ueluti subterraneis, & obscuritatibus plenissimis degere mortali cogamur: nec hæc tamen domus ab iniuria & insultibus hostium immunes sunt.*
- 22 *Exurge Deus, defende causam tuam, memento obprobriũ quo te nullo nõ tempore stultus adficiat.* 21 *Ne abire quæso cogatur pauper suffusus pudore: pauper enim humano auxilio destitutus, non diuites isti: ad te confugiet, & nomen tuum laudibus celebres faciet.*
- 23 *Exurge domine & tracta tuam ipsius causam: in memoriam reuoca, qua sis contumelia affectus à populo ad impietatem usque stolido, non semel atque iterum, sed assidue.*

23 *Noli obliuisci uocis inimicorum tuorum, factus enim in surgentiũ in te uehementer crescit.*

PSALMVS

LXXV.

- 1 *Confitebimur tibi ò deus: cõfitebimur presentati nomini tuo, & egregia facta tua narrabimus.*
- 2 *Ego cũ statutum tempus nactus ero, quod equũ & rectorũ est, iudicabo.*
- 3 *Langueat tellus licet & uniuersi*

23 *Ne obliuioni dederis impias uoces aduersariorum, non tam notitiorum quã tuorum: contumeliosa enim uociferatio eorum, qui se opponunt tibi, assidue fit maior & maior.*

LXXV.

1 **L** Audibus extolere cœpimus te Deus, laudibus in quã extollere te cœpimus, & pro beneficijs acceptis gratias agere & continuo sensimus presentiam nominis tui: quare cõmemorabunt quotquot uiderũt, quã miris modis nobis aduersis contra hostes nostros.

2 **V**bi ego, inquit dominus, tempus statue ro mihi, quo quæ iusta sunt exequar.

3 **T**erra sentiet iram meã, & præ metu ex-

Confitebimur tibi Deus.

- qui habitant in ea, ego fulciam columbas eius. **PS**
- 4 Dicā stultis, Nolite stultē agere: et impijs, Nolite exaltare cornu.
- 5 Nolite in altum erigere cornu uestrū, ut cōtumaciter cogitetis puerſa.
- 6 Quoniā neq; ab ortu, neq; ab occasu, neq; ab oriente aut à montibus aderit q̄ defendat.
- 7 Sed Deus uindex nihilum redigit, & e contrario eriget in altū quemcuq; uoluerit.

animabuntur, quotquot habitabūt in ea cuius ego fundamenta ieci, & uelut columnis stabiliiuit: quare & concutere eā difficile mihi nō erit. Ita res habet.

Sæpe admonui stultos, ne ad infantiā usq; ineptirent, & impios, ne nimii erigerent cristas suas.

Dicebā enim ad illos, nolite erigere contra Deū, qui in cœlo habitat, cornu uestrū: neq; loquamini ceruice erecta contumeliosē de illo.

Quia neq; ab Oriente, neque ab Occidente, neque ab Austro cuiquā cōringet, quod solidē magnum facere poterit illum.

- est: hūc deijcit, istū autem erigit.
- 8 Nā crater, uino meraco plenus & adornatus, in manu dñi est, de quo fūdetur, et feces eius sugēt ac ebibēt oēs impij terræ.
- 9 Ego autē imperpetuū predicabo & collaudabo Deum Iacob.
- 10 Et omnia cornua impiorū cōringā, cornua uerò iustū exaltabuntur.
- 11 **N**otus est i Iuda deus, magnū est in

Habet enim dominus in manu poculū, in quo pulchrē rubet uinū: sed cui plurimū est fecis admixtum: ex hoc porriget meracū pijs, fecē uerò noxiam exugere, imò epotare coget impios oēs, q̄tū uis degāt ī terra multā.

Inerim ego operā dabo, ut hæc diuina æquitas nota fiat subsequentiū seculorū hominibus: psalmos cōscribā, & cantabo in honorē Dei Iacob.

Et ego, inquit Dñs, cornua impiorū cōringā, & efficiam, ut exaltent cornua iustū.

LXXVI.
Notus inter Iudeos deus, et apud Israelitas

- 1 *Israël nomen eius.* magnificit nomē illius.
- 2 *Est enim in Salē tabernaculū eius, & habitatio eius in Zion.* ² Erat enim in Hierusalem tabernaculum ipsius, & domus eius in Sion.
- 3 *Isthic cōsfregit uolucres sagittas, arcus, scuta, gladios, & totum bellum.* ³ Illic sæpe cōsfregit emissas ab arcu sagittas, scutum & gladium rupit, & bella confecit. Ita factum est.
- 4 *Clarior et magnificentior es tu q̄ montes prædonū.* ⁴ Cōspicius apparuit isti tu, & ferox in hostes magis q̄ ullus leo uel urtus egressus ad prædandum ē montibus, qui receptacula esse solent rapacium animalium.
- 5 *In prædam enim abeūt, audaces corde, dormiūt somnū suū, & in nihilum rediguntur cū opibus suis omnes potentes.* ⁵ In prædā dati sunt animo feroces, oppetierunt ueluti mortifero somno grauati, nec usui illis esse potuerūt, quantumuis uiri essent alioqui fortes, manus illorum,

- 6 *Te obiurgāte d̄ Deus Iacob, sopore obruuntur & currus & equites.* ⁶ Increpatione tua factum est, d̄ Deus Iacob, ut mortem oppetierit rex ipse cū suis, & multitudo curruum & equorum uelut somnium euauerit.
- 7 *Tu formidabilis es, quis enim cōstet in cōspectu tuo cū irasceris?* ⁷ Vehementissimē metuendus es tu, & q̄ subsistere poterit corā te ubi iratus fueris?
- 8 *Quū de cœlo iudicium pronūcias, iam tellus timet & tacet.* ⁸ Efficies ut ē cœlo audiant æquitatem iudicij: quod ubi factum fuerit, metuēt sibi qui cunq̄ terram inhabitant, nec mortire cōtra audebunt.
- 9 *Quum scilicet ad iudicandū exurgit Deus, ut adserat omnes adflīctos in terra.* ⁹ Fiet autem quū apparuerit se Deus ad ferendam sententiam cōtra malos, ut liberos reddat à tyrannide illorum pios qui degunt in terra. Ita fiet.
- 10 *Ob eā uindictam homines confitentur.* ¹⁰ Honori profectō tibi erunt, qui ira cōciti temere cōtra te in præ-

tur tibi, ut iterum accingar ad uindictandum.

11 Vouete ac redde te Domino Deo uestro omnes qui in hoc coetu adestis, adferete formidabili munera.

12 Qui intercipit spiritum principu, formidabili regibus terræ.

PSALMVS

LXXVII.

1 Voce mea ad dñm clamauit. **V**oce mea cū clamarem ad Deum, ad Deum cū clamare uoce mea

lium prodierunt: peribunt enim, & si quid minarum hostilium reliquū fuerit, id tu uendicabis tibi, & te illi oppones ne terreatur tui.

11 Vouete, & persoluite que uoluistis domino Deo uestro: quot quot habitatis circa illum, offerte ei munus, qui merito colendus est sollicitè.

12 Ipse est em̄, qui adimere potest uitā principib⁹, et terrere ipsos reges etiam si Domini esse uideatur ipsius terræ.

LXXVII.

Voce mea ad Deum clamabo, uoce inquam mea assidue clamabo, donec aurem præbeat mihi.

cū clamare uoce mea aurē præbuit mihi.

2 Quū tribularer, dominū querebā, uacillabat totas noctes uirtus mea & nō quiescebat, renuebat consolationem recipere aia mea.

3 Dei memoriā cū repeterē fremebā, cū ordiret desiciebat me spiritus meus.

4 Tenebas palpebras oculorū meorū, attonitus erā ut loqui nō possem.

5 Tūc reputabam mecum retro tempora & annos seculorum.

2 Quotiescunq; aduersi aliquid accidebat mihi, ad Dominū recurrebam: & si uoluntus meum per noctem recrudescerebat, nec remittebat se dolor, recusauit admittere ullā consolationem anima mea aliam ab ea, quā expectabā à domino.

3 In memoria ergo habebō Deum, & eius labo ad illū, loquar, et sollicitudine cōficiet se spiritus meus. Ita fiet.

4 Apprehendisti palpebras oculorū meorum, ne possim dormire: quæ res me sic conturbauit, ut ne loqui quidē amplius libuerit.

5 Quare animo reuolui dies ab initio seculi, & annos seculorum superiorum.

- 6 Reputabā nocte 6 In memoriam reuocabo, & carmen meū quo alios consolari solco: & per noctem cum corde meo colloquar, & erit animus meus in cogitationibus totus.
- 7 Num imperpetuū repudiabit Dominus? num nunquā placidus fiet ultra?
- 8 Num usq; ad finē abhorrebit à bonitate sua, & posteris loq; desinet?
- 9 Num miserendi oblitus est Deus? Num per iram reprimet clemētiam suam? **770**
- 10 Tandem hūc ue
- 7 Num perpetuō deseret nos dominus, & futurum ne est ut placator fiat unquā post hæc?
- 8 Perijt ne in perpetuū misericordia ipsius? irritus ne factus est sermo quo pollicitus est se consolaturū mortuos, non una tantum generatione, sed omnibus?
- 9 Oblitus ne est misereri Deus? aut præ iram uim facit sibi, ne unquā sentiamus uaria genera benignitatis illius? Ita ne fiet?
- 10 Professō dicebā, ad

- niebam ut dicerē, Satis? sanus es? Dextera excelsi uices mutat.
- 11 Memorabo opera Domini, nam libēs recensebo uetera miracula tua.
- 12 Et omnia opera tua predicabo, deq; consilijs tuis disseram.
- 13 Deus, uia tua in sancto est. Quis est tam magnus Deus sicut Deus?
- 14 Tu es Deus qui admiranda facis, & notum facis robur mortem usque cruciat me hæc recordatio superiorum annorū, quibus toties & tam manifestē adfuit omnipotēti dextera tua, is qui supra omnia est dñs.
- 11 Nō tamē sperare de finam, sed memoria repetā cōsilia seruatoris Dei, quibus se aliquādo placatū ostendere solet: memoria in quā repetam, quāmiraculose olim ipse adfueris tuis Deus.
- 12 Animo uoluebā & reuoluebā omnis generis opera tua, & in recensendis consilijs tuis occupatus eram.
- 13 Quare deprehendi dñs deus sanctimonie plena esse oīa opera tua, nec esse potētia & magnitudine conferendū cū te deo uero quicquid.
- 14 Tu ille es Deus, qui

- tuum in populis.
- 15 Qui manu redemisti populū tuū, filios Iacob & Ioseph. אלו
- 16 Aqua cognoscunt te Deus, cognoscunt aquæ ac reuerētur te, abyssi contremiscunt.
- 17 Fundūt nebule aquas, fragorem reddunt nubes, deinde et sagittæ tuæ discurrunt.
- 18 Vox tonitrus tui in sphaera reboat, fulgura in orbem emicant, tremūt ac mouet tellus.
- supenda designas. notam fecisti in uarijs populis omnipotentiam tuam.
- 15 Redemisti brachio potētī populū tuū posteros Iacob & Ioseph. Ita res habet.
- 16 Vbi te uidissent aquæ deus, uidissent inquam te aquæ, uiribus destitutæ sunt, & conterritæ sunt abyssi.
- 17 Effundunt nubes aquas quoties tu uis, & sonum ædunt: quin & grandio copiosè te iubente decidit, sagittis similis.
- 18 Auditur è cælo tonitru uehementer sonorum: illuminant, & ueluti lucere faciunt orbem fulgura, ut sæpe timore capiantur, & tremore hi, qui terram inhabitant.

- 19 In mari ita uia tua est, & semita tua in pelago, ut uestigia tua nō deprehendantur.
- 20 Deduxisti uelut gregē populū tuū, sub imperio Moſis & Aharonis.
- PSALMVS LXXVIII.
- 1 Audi popule, amici legē meā, præbete aurē sermoni oris mei.
- 2 Adperiam ad parabolas os meum, eruam præscarum rerum enigmata.
- 3 Quæ & audiuimus et perspecta hæ-
- 19 Per mediū mare ambulas, & per aquas plurimas, non aliter, quàm per tritissimas uias, nec apparent ulla uestigia tui.
- 20 Duxisti olim nō aliter, quàm pastor gregē sibi cōmissum solet, populū tuū ministerio Moſæ, & Aaron.

LXXVIII.

- 1 **A** Vsculta popule, amici doctrinā meam, præbete auribus uestris omnes uos sermonibus meis.
- 2 Cōmemorabo quæ fabulæ uideri, & supra fidem esse possint, nisi uerè constaret superioribus seculis contigisse ea.
- 3 Ab alijs enim audiui
- Attēdite popule meus legem meam, et prestete auribus meis sermonibus meis.
- 2 Cōmemorabo quæ fabulæ uideri, & supra fidem esse possint, nisi uerè constaret superioribus seculis contigisse ea.
- 3 Ab alijs enim audiui

- benus, ex narratione patrum nostrorum.
- 4 Ne celemus futuris seculis posterorum, predicando gloriam domini, robur eius, & stupēda opera eius quæ gesit.
- 5 Constituit enim foedus cū Iacob, et legē Israël tulit de qua precepit patribus nostris ut eā filiis suis traderēt.
- 6 Vt posteris, filij qui nascituri & orituri erant, & scirent & filijs suis

mus, & vera esse certō scimus: patres enim nostri conscripserunt diligenter, ne nos ignoraremus ea.

Neq; nos ergo inuidebimus posteris illorum usq; in nouissimā generationem, sed diligenter conscribemus laudes domini, & omnipotentiam eius: stupēda quoque opera, quæ ille designauit plurima.

In primis hoc honore dignatus est Iacob, quod præscripta recte uiuendī tradiderit posteris ipsius Israël, & mandauerit progenitoribus nostris, ut ea docerent liberos suos.

Vt sciant etiam nepotes illorum, qui post ipsos nascentur: & illi iterum superioribus nepotibus suis

- exponerent.
- 7 Quò magis spem suam in Deum locarent, cōsiliorum eius non obliuiscerentur, & præcepta eius custodirēt.
- 8 Et non fierent quēadmodū patres ipsorū, natio defensorix & perfida, natio quæ nō munit cor suū, cuius spiritus non esset uerax erga Deū.
- 9 Quomodo filij Ephraim, qui armati arcub; iaculantes tempore cō-

tes suis liberis eadem diligenter inculcent.

Vt dicant omnē fiduciam suam ponere in Deo, & non excidant memoriæ illorū, quæ summo consilio facta sunt a Deo, quibus recensendis excitati discant, mandatis illis parere.

Ne siant similes progenitoribus suis, hominibus qui pertinaciter rebelles fuerunt Deo & contumaces: quibus nunquam id, quod rectum est, cordi fuit, nec unquam ex animo crediderunt Deo.

Filij Ephraim armati proficiscbantur cōtra uoluntatem Domini, ut iaculis peterent uicinos, & bona illorum diriperent: quare inferiores hostibus facti, in prælio terga uerterunt

flictus fusi sunt.

10 *Nō enim serua-
uerunt fœdus dei,
& in lege eius no-
luerunt ambulare.*

11 *Oblivioni tradi-
derūt cōsilia eius,
atq; magnifica ope-
ra quæ ostēdit eis.*

12 *Coram patribus
eorum admiranda
fecit in terra Ae-
gypti in campo
Taneos.*

13 *Scidit mare &
traduxit eos, &
cōstituit aquas tan-
quam aceruum.*

14 *Nube duxit illos*

& occisi sunt.

10 Non enim perfite-
runt in pacto recens
inīto cum Deo, & fe-
cundum uiuēdi normā
illis à deo perscriptam
uiuere noluerunt.

11 Exciderāt enim iam
tum memoriæ illorum
egregia illa ipsius Dei
stragemata, & stupen-
da opera illius, quæ spe-
ctantibus ipsissimis illis
cēdiderat.

12 Coram patribus il-
lorum designauit mira
in terra Aegypti, in
ipsa inquam agrorum
ditissima Aegypto.

13 Diuisit mare, & trā-
misit illos, stare iussit
aquas, natura sua flui-
das, tanquam molem
marmoream.

14 Duxit eos nube con-
tectos contra ardorem
Solis per diem, per to-
tas noctes lumen præ-

*interdium, et tota no-
cte lumine ignis.*

15 *Scidit & rupes
in eremo & pota-
uit tanquam in a-
byssō magna.*

16 *Latices elicit è
petra, ut instar flu-
minum proruerēt
aquæ.*

17 *Et supra hæc pec-
cauerunt aduersus
eum, & exaspera-
uerunt excelsum in
solitudine.*

18 *Tentando Deum
ex cōcordibus suis,
& exigēdo cibum
pro sua libidine.*

*buit illis, quale luculen-
tus præbere solet ignis.*

15 Fudit in gratiā ipso-
rum arentes petras in
ipso deserto, & potum
ex illis suppeditauit tā
copiosē eis, ut ex nullis
aquis quifquam possit
copiosius.

16 Eduxit riuos è petra
aquis tam copiosos, ut
requare potuerint flu-
uios profundissimos.

17 Nihil his omnibus
factū sunt meliores, sed
peccatis peccata addi-
derunt: exacerbauerūt
altissimum in ipsa ua-
stissima solitudine, in
qua nihil beneficio illi-
us, nulla ratione uiue-
re potuissent.

18 Statuerunt in ani-
mo periculum facere
quantum posset Deus,
idēq; cibum petendo,
qui gutæ ipsorum fa-

- 19 *Locuti enim sunt cōtra deū atq; dixerunt, an nō potest Deus parare comēatum in eremo?*
 20 *En petram percussit & profluxerunt aquæ ut iusta in flumina inundauerint: num non et cibum dare, et carnes parare populo suo poterit?*
 21 *His auditis irascebatur Dominus ac uelut ignis incēdebatur cōtra Iacob, & crescebat indignatio aduersus Israëlēm.*
- ceret satis.
 19. Loquebantur enim inter se de Deo dicentes, poterit ne hic, qui tā putatur potēs deus, instruere conuiuium in hac uasta solitudine, in qua omniū rerum est summa inopia?
 20. Miranda profectō cecitas illorū: qui enim clicere potuit illis uidētibus ex petra aquas, tanta copia, ut iustos flumios æquauerint, de illo dubitant possēt ne panē prestare possēt ne carnem præbere populo, quem sibi tam miraculosē asseruit.
 21. Quare hæc audiens Dominus meritō iratus est grauissimē, & continuō exarsit ignis in posteros Iacob, & peruasit incendio uastans ipsos Israelitas.

- 22 *Quòd non seruaissent fidē Deo, neq; sperauissent in salutarem opitulationem eius.*
 23 *Mandauerat & nubibus supernè, & ianuas cœlorū adperuerat.*
 24 *Vt depleret in eos Man ad edendum, ac cœleste triticū præberet eis.*
 25 *Hic cibum heroum quisq; comēbat, mittebat enim eis comēatum ad satietatem.*
 26 *Cœlo mouebat*
22. Non enim ex animo crediderunt Deo, nec persuaserant sibi illum esse, qui possit necessaria suppeditare.
 23. Mandauit ergo nubibus, quæ supra eos in aere pēdebant, & tāq; ianuas cœli aperuissēt nubes ipsas rupit.
 24. Et in modum pluuię decidere fecit inter eos Man, frumenti genus nunquam usum hominibus, ut haberēt quod comederent frumentum quod in aere prouenerat dedit illis.
 25. Panēs, res mira, qui ē nubibus deciderat, quæ natura frumentī feraces non sunt, comedit homo prognatus ē terra: & cibum, quacunq; proficerebatur, suppeditaui eis ad satietatem.
 26. Flare iussit Eorum

- Eurum, & fortitudine sua Aphricum inducebat.*
- 27 *Et depluebat in eos carnes, pulueris multitudinc, et uolucres aues p copia harena maris.*
- 28 *Quas iaciebat in media castra eorum, & circum tabernacula eorum.*
- 29 *Vorabāt igitur atq; implebantur super modum, desideria enim ipsorum tribuebat eis.*
- 30 *Nihil deorat de siderijs eorū, sed cū cibis etiannū esset*

per medium coelum, & sua potentia induxit Africum.

27 Et tanta copia quantā puluis uento in altū sublatus in terrā decidere solet, cecidit inter illos caro, & omnis generis auis tanta multitudo, ut numero æquare possit arenam, quæ innumerabilis iacet in litore maris.

28 Et proiecit omnia illa in media castra ipsorum circa tentoria ipsorum.

29 Quare comederūt, & saturati usq; ad nauseam facti sunt: ad hūc modum satisfecit gulæ illorū, ut uiderent priusquam perirent, potuisse Deum, quæ illi posse ipsum non crederant.

30 Non sunt fraudati desiderio suo, adhuc

- in ore ipsorum.*
- 31 *Ecce ira Dei efferebatur in eos, & trucidabat pinguculos eorū, & electos Israël succidebat.*
- 32 *Inter hæc omnia iterum peccabant in eum, nec credebant tot miraculis eius.*
- 33 *Temerè ergo fiebat dies eorū, et annos eorū subitò.*
- 34 *Cum trucidaret eos, querebant eū, ac subitò redibant ad deum.*

erat cib⁹ in ore illorū.

31 Et ira Dei defecit in eos: occidit em̄ robustissimos quosque, & flores iuuentutis, qui erat inter Israëlitas, prostrauit.

32 His omnibus nihil adhuc factū sunt meliores: relabebātur enim cōtinuo in priora peccata, nec crediderunt ex aīo se Deo, quantumuis designaret ille quæ merito essent omni admiratione dignissima.

33 Quare absumpsit cum uanitate sine honore dies uitæ illorū, & annos ipsorum non sine terrore.

34 Quam diu percutiebat illos recurrebāt ad ipsum, & peccatorum poenitebat illos, & manē surgentes supplices fiebant Deo.

- 35 Et memores erant quòd Deus p̄tra eorum eſet, et uindex eorū Deus excelfus.
- 36 Quāuis ore ſuo blandirētur ei, lingua tamen mentiebantur.
- 37 Cor enim eorū non erat integrum erga ipſum, neq; fidem fœderis eius ſeruabant.
- 38 Ipſe uerò ultrò ignoſcebat eis quòd minus perderet, ac ſepenumero reuocauit iram ſuam,
- 35 Et recordabantur quòd Deus ſepe p̄pugnaculum fuiſſet illorum, & Deus excelfiſſimus redemptor illorum.
- 36 Verūm hæc ab animo eorum non proficiſcebatur, ſed ore tantum blandiebantur, & lingua ſua mentiebantur illi.
- 37 Cor enim eorū non erat candidum erga illum, nec perſiſterūt bona fide in pacto, quod pepigerant cum illo.
- 38 Et quāuis eſſent quales paulò antè depinxi eos, ipſe tamen ſe potius quàm illos reſpicieus, miſericordia motus, remiſit iniquitatem quāuis grauiſſimam: nō enim funditus perdidit illos, quæ admodum meriti fuerant, ſed maximo ſu-

- quò minus totam incenderet.
- 39 Sed commemorit quòd caro eſſent, & uentus qui abit & nunquā redit.
- 40 Quoties exaſperarunt eum in eremo, & irritarunt in ſolitudine?
- 41 Vt auerſi tentauerint Deum, & ſanctū Iſraëlis ludibrio habuerint?
- 42 Immemores uirtutis eius atq; temporis quo liberauerat eos ab opreſſore.
- 40 Quoties irritauerunt eum in deſerto, exacerbarunt eum in uaſta illa ſolitudine.
- 41 Reuerſi enim ad ingenium, iterum rētare conati ſunt, quāuis ipſe potens eſſet Deus, & metiri potentiam eius, qui ſanctificat Iſraël: quædam enim poſſe illum credebant, ſed non omnia.
- 42 Neq; enim intellexerant quantæ potentiaæ fuerit opus illud, quod fecerat in gratiam illo-

- 43 Quomodo signa sua in Aegyptios edidisset, & miracula sua in agro Taneos.
- 44 Quomodo flumina eorum in cruore mutauerit, & aquae riuos eorum quod minus esset quod biberet.
- 45 Quomodo Cygnoniam in eos miserit ad excedendum, & ranas ad perendum eos.
- 46 Annonam ipsorum brucis, & laborem eorum locustis dederit.
- 47 Vineas eorum grandine, & sicaminos

rum, quo tempore liberauit illos ex calamitate illa insigni.

43 Qualia uidelicet inter Aegyptios ostendit diuinitatis suae manifestissima signa, & prodigia per totam regionem Aegypti.

44 Mutauit enim in sanguine fluuios eorum, & effecit ne riuus eorum ullo modo essent portabiles.

45 Immisit in eos omnium generis muscas, quae arroderent eos, & ranas quae uexarent eos.

46 Qui tradidit bruchogermen illorum, & laborem eorum locustae.

47 Vastauit grandine uineas eorum, & sicaminos pruina.

- pruina perdidit.
- 48 Ut iumenta eorum grandine, & greges eorum contagionis iaculis commiserit.
- 49 Mittebat enim in eos, furore ac fremitu irae & indignationis suae correptus, tribulationem, & cacadaemonum incursiones.
- 50 Irae suae iter faciebat, ut pestilentia cum ipsis homines, tum iumenta eorum inuaderet.
- 51 Et percutiebat

48 Perdidit grandine iumenta eorum, & greges possidebant, carbonibus ignitis, qui cum grandine permixti contra naturam fuerant.

49 Ex calamitatibus, quibus affecti eos, colligi potest, quam seridum illis iratus fuerit: manifesti enim erant irati dei, imo uehementer irati, signa, uexatio illa, & plagae, quales non solent ab hominibus quantumuis inimicis inferri: sed quales per angelos ab irato Deo immittis ad flagellandos illos, qui uehementer sunt scelerati.

50 Perrexit quomodo ceperat irasci, donec & ipsos occideret, & pecora eorum pestilentia corripentur.

51 Occidit enim omnia primogenita per to-

omnem primogenitū Aegypti, primaqueq; opera in tabernaculis Ham.

32 Populum autem suum educebat tanquam gregem, ac uelut armentum in desertū agebat.

33 Ducebat eos securē ut nihil metuerēt, hostes autē eorū mari obruebat.

34 Et adducebat eos in fines sanctuarij sui, ad montem istum quē dextera sua comparauit.

35 Expellebat gētes

tam Aegyptum, principia illa pro quibus laborauerat maxime, ea inuenerunt singuli in tabernaculis suis subito mortua per uniuersam terrā Aegypti.

32 Eduxit autē illinc tanquam oues populum suum, & deduxit eos tanquam gregem per loca deserta.

33 Perduxit eos securos inimicos autē illorum cooperuit mare.

34 Perduxit eos in regionē sanctissimæ maiestati suæ gratiam, in hunc usq; montē, quē omnipotentī dextera sua asseruit sibi.

35 Expulit enim illinc impios, qui cum locū longo tēpore possederant, & immisit suos ut ueluti iure hæreditario possiderent, & inhabitaret ædes illo-

ante eos, sine diuidebat eis hereditatē, & in hostium tabernaculis locabat tribus Israël.

36 Sed tentauerunt & irritauerūt deū excelsum, & testamentum eius nō custodierunt.

37 Retrorsum auersi defecerunt haud secus quam patres eorū, rebellauerunt sicut arcus uitiosus.

38 Prouocarūt eū excelsis suis, & idolis suis ad iram incitauerunt.

39 His auditis, indignatus est Deus, atq;

rum qui puls fuerant, tribus Israël.

36 Tanquam nihil eō moti omnibus his, iterum tentauerūt, & irritauerūt Deum, qui est supra omnia: admonitionibus em illius parere noluerunt.

37 Auerſi sunt a Deo & rebelles facti, sicut patres illorū, & præceſerunt illos: auerſi sunt quemadmodū arcus, qui scopum non petit, sed fractus percussit eū qui terendū.

38 Ad iracundiam eō concitauerunt eum lucis suis, quos frequenter uiderant in æditis Iocis sitos: & statuis, quos fecerāt sibi deos, uicem tenentem iritauerunt eum.

39 Audiuit de⁹ & exau-

- Israëlem uehementer detestatus.
- 60 Et reliquit tabernaculū Silo, tabernaculū ubi iter homines habitauerat.
- 61 Et tradidit in captiuitatem fortitudinem eorum, & splendorem eorum in manum hostis.
- 62 Obiecit gladio populū suum, iratus hereditati suæ.
- 63 Iuuenes eius deuorauit ignis, & uirgines ipsius numero deplaxit.
- 64 Occubuerūt ferro sacerdotes eius, &
- diuit, & execratus est ualde scelera Israëli-tarum.
- 60 Repudiavit iratus tabernaculū in quo princi-pio colebat in Silo, ta-bernaculū inquam, in quo uisus est ipse habi-tare & familiaris facti iter posteros Adæ.
- 61 Et capi permisit arcā fœderis, quæ erat ueluti receptaculū omnipotentiae illius: & ornamentum illud unde ornare solitus fuerat populū suū, in potestatem hostiū uenire permisit.
- 62 Et implicuit bello cruce to populū, & in hereditatem suā excauidit.
- 63 Adolefcētes illius absumpsit gladius, & uir-gines sine honore per-tulerunt innuptæ.
- 64 Sacerdotes illius gladio corruerunt, nec

- uiduæ eius non sunt comploratae.
- 65 Eccitatus est sicut dormiens dominus, & sicut miles à uino exhilaratus.
- 66 Atque cecidit terga hostiū suorū, et obprobrio sempiterno adfecit eos.
- 67 Tentoria Ioseph auersatus est, & repudiavit Ephraim tribum.
- 68 Tribū uero Iuda elegit, montemque Zion quem amat.
- 69 Isthic extruxit, quantum ambitiosissime fieri potuit, sanctuarium suum,
- uiduæ superstitēs erāt, quæ casum illorū defluerent.
- 65 Et expergefactus est tandem Dominus quomodo solet, qui uino obrutus post longum somnum redit ad se, & iterū uino exhilarans sese fortiter pericula aggreditur.
- 66 Quare uulnerauit hostiū suorū podices: infamī ignominia affecit illos, quā nūquam eluere poterunt.
- 67 In eligendo autem sibi rege spreuit familiam Ioseph, & tribū Ephraim non elegit.
- 68 Sed elegit tribū Iuda, & montem Sion quem amat.
- 69 Et extruxit similitudinis altissimis regum pala-

ac, uelut ipsam terrā, fundauit ut inperpetuū duraret.

70 Elegit et Dauid seruum suum, atq; de gregum caulis abstulit.

71 Post factas eūcē abduxit eū, ut pasceret Iacob populū eius, et Israël lē hereditatē eius.

72 Pauit igitur eos p integritate cordis sui, & pro industria uirtutis suae duxit eos.

70 E legit autē Dauid seruum suum, & excepit eum ē caulis ouium.

71 A foetis uaccis quas feciābatur pastor, auo cauit eum, & fecit eū pastorem populi, quē habebat inter posteros Iacob, & hereditatis suę inter posteros Israël.

72 Et pauit eos, q curę illius cōmissi fuerant p candore animi sui, & p summa prudētia: qua usus est in omnibus opēibus suis, gubernauit eos.

D LXXIX.
Eus uenerunt ethnici usq; in
I Deus inuasert gentes hereditatē

tuā, polluerūt templum tuum sanctum, & Ierusalem in acervos re degerunt.

2 Fecerunt cadauera seruorū tuorū escam uolucris cœli, carnē sanctorum tuorū cibū bestijs terrę.

3 Fuderūt sanguinem eorum uelut aquam per uniuersam Hierosolymā, et nemo sepeliebat.

4 Obprobriū sumus uicinis nostris, ludibrium & risus his qui circum nos sunt.

5 Quousq; indignaberis Domine, an nē hereditariē tuam, pphanauerūt templum sanctissimę maiestati tuę dicatum, redegerunt Hierusalē in acervos lapidum.

2 Obiecerūt cadauera seruorū tuorū deuorāda auibus, quę uolitant per aērē, & corpora sacris tuis iniatorum, bestijs terrę.

3 Fuderunt sanguinē humanū tanquā aquā per totū ambitū Hierusalem, nec quisquā inuentus est qui occisos sepeliret.

4 Ludibrio fuimus uicinis nostris, irrisui & subannationi ijs, qui habitant circum nos.

5 Quousque irasceris

penitus incendes
uelut ignem amu-
lationem tuam?

6 Effunde irā tuā
in gentes quæ non
nouerunt te, & in
regna quæ nomen
tuū non inuocant.

7 Quæ Iacob de-
uorauerūt, & ha-
bitaculum eius ex-
ciderunt.

8 Nōli meminisse
nostrorum retro
peccatorū, sed subi-
tō anteuertant nos,
misericordie tuæ,

9 ualde enim pauperes facti sumus.
9 Adiuua nos Deus saluator noster

Domine, ppetuū ne
exardescet ne sicut i-
gnis ira tua?

6 Euome potius iram
tuā in impios, qui non
agnouerūt te, & in re-
gna quæ diuinū auxi-
lium tuum nunquā im-
plorauerunt, sed uires
propriās iactant.

7 Vastauerunt enim
posteriores Iacob, & q̄
quid apud eos elegan-
tix fuit, redegerunt in
nihilum.

8 Ne scelerū memor
esse uelis in malū no-
strū, quæ antehac cō-
misiimus, sed omisis il-
lis citō amplectere nos
tua inexhausta clemē-
tia, attenuati enim su-
mus uehementissimē.

9 Auxiliare nobis deus
salutis nostræ autor,

propter gloriā no-
minis tui, libera
nos, & placare su-
per sceleribus no-
stris propter no-
men tuum.

10 Cur dicerēt gen-
tes, ubi est Deus eo-
rū? Vulgetur, in-
spicientibus oculis
nostris, in gentes
ultio sanguinis ser-
uorum tuorū qui
effusus est.

11 Introeat sub cō-
spectū tuum gemi-
tus neruo addictorū,
p̄ ampliudine
brachij tui reliquos

non tā habita ratione
nostrū, q̄ magnifici &
maiestatis plenissimi
nominis tui: libera nos
à malis in quibus uer-
samur: & remitte pec-
cata nostra pro immē-
sa liberalitate, quæ no-
mini tuo respondet.

10 Quomodo ferre dit-
tius poteris Domine
petulantia impiorum,
qui nobis insultant dī-
centes, ubi nūc est ille
uester Deus? palam
quæso fiat ob hæc ui-
dentibus nobis ultio
sanguinis seruorū tuo-
rum, qui effusus est.

11 Penetret usq̄ in cō-
spectū tuū gemitus eo-
rum, qui in carcere te-
nentur captiui, magni-
tudine potentie bra-
chij tui in uita cōserua
eos, q̄ mortis destinant
ab hostibus.

fac cædi destinatos.

12 *His autem inter quos uersamur, in sinum redde contumeliã qua te adfecerunt septupliciter.*

13 *Et nos populus tuus, & grex pascue tue gratias agemus tibi imperpetuũ, & laudem tuã in omne æuum predicabimus.*

PSALMVS

LXXX.

1 *Qui regis Israël intende.*

O Pastor Israël attende, qui Ioseph tanquã gregem ducis, quiq; Cherubin infides, teipsum exhibe.

2 *Coram Ephraim, Benjamin & Ma-*

12 *Et retribuere uicinis nostris septuplũ in sinum illorum, pro contumelia qua affecerunt te Domine.*

13 *Nos interim populus tuus, & grex cuius tu prouinciam pascendi fumere dignatus es, referemus tibi accepta omnia nostra perpetuõ generationibus cunctis, & literis mandabimus q̃ uerẽ dignus sis, qui lauderis ab omnibus.*

LXXX.

O Pastor Israël, illis ausculta, qui educere soles tanquã gregẽ posteros Ioseph, habitator Cherubin cõspicuõ appare. In gratiã Ephraim,

nasse. Eccita fortitudinẽ tuam, et ueni ad saluãdũ nos.

3 *Redi ad nos deus, ostẽde faciẽ tuã, et salui erimus.*

4 *Domine Deus exercituũ quousq; dedignaberis orationem populi tui?*

5 *Lachrymis uelut pane cibasti eos lachrymis abundẽ potasti eos.*

6 *Fecisti nos iurgiuũ uicinis nostris, et hostes nostri apud se uilipẽdunt.*

7 *Redi ad nos Deus exercituum, ostẽde*

et Benjamin, & Manasse, fac appareat omnipotentia tua, & ueni succurre nobis.

3 *Deus recipe in gratiã nos, & placido uultu aspice nos: hoc enim si feceris, salui erimus.*

4 *Domine Deus qui potestatem habes in omnes exercitus, quousq; tandem exaudies, nec admittes precationem populi tui.*

5 *Coegisti illos comedere cibum flebilem, & pro potu porrexisti illis meras lachrymas maxima mensura.*

6 *Exposuisti nos maledicentiã uicinatorum nostrorum, & os oros nostri ridet inter sese.*

7 *Deus, qui potestatem habes in oēs exercitus, in gratiam recipe nos, et placido uultu*

- de faciem tuam, et salui erimus.
- 8 Vineam, ex Aegypto accersitam, eliminatis gentibus plantauisti.
- 9 Scrobem praepraerasti ei, & sparsis radicibus suis regionem totam occupauit.
- 10 Umbra eius tenegebatur motes: nā rami eius fortes cedros aequabant.
- 11 Extendebat ad mare palmites suos, & propagines suas usque ad flumen.
- 12 Cur ergo rupisti septa eius, ut omnes, qui in ista praetercunt, eam uindemēt?

aspice ut salui simus.

8 Vincam ex Aegypto transtulisti: expulisti gentes impias & sedi bus suis, et inseruisti eā.

9 Repurgasti diligenter ruderibus eiecctis superficiē eius, & tā late radices extendit, ut terramimpleuerit.

10 Cooperti sunt motes umbra illius, & rami illius similes facti ramis cedrorum maximarum.

11 Extendisti ramos illius usque ad mare, & usque ad flumen furculos eius.

12 Quare ergo nūc destruxisti sepes illius, ut ualent quotquot iter

- 13 Syluestris aperuastat eam, et fera in agro eā depascit.
- 14 Deus exercituumredi obsecro, caelo prospice, contēplare, et considera uineam istam.
- 15 Ac plantam, quae dextera tua plantata est. Hoc est, filium quem tibi magnificasti.
- 16 Igni enim succesa, & uersa iacet: pereant, qui hoc fecerunt, uirtutis tuae obiurgatione.
- faciunt iuxta illam.
- 13 Euerret eam aper egressus ē sylua, & ferae omnis generis, quae in agris degunt depascunt eam.
- 14 Deus exercituum recede quāso ab ira, & recipere in gratiam nos, aspice ē caelo & uide, quin potius ipse uineā hanc inuise.
- 15 Et integritati pristinae restitue, quam eo es honore dignatus, ut tua dextera plantaeris eam: & si ipsa non meretur, propter filium tamen, per quem fortia designare constituisti, fac quod in rem huic uince esse putabis.
- 16 Quod exusta sit uinea haec igni, & uastata, austeritas uultus tui in causa est: quare si durauerit, funditus peribunt, qui hac uinea significantur omnes.

17 *Adsit manus tua viro dexterae tuae, filio hominis quem tibi magnificasti.*

18 *Et non recedemus a te, restitue nos ut nomen tuum inuocemus.*

19 *Redi ad nos domine Deus exercituum, ostende faciem tuam et salui erimus.*

PSAL. LXXXI.

Exultate deo adiutori nostro. *Exultate deo Iacob.*

Cum exultatione laudate Deum, cuius uiribus seruati sumus nos, omnis generis laetitiae signa edite in honorem Dei Iacob.

17 *Adsit oipotetia manus tuae, uiro dexterae tuae, adsit inquam manus tua filio hominis, quem summis uiribus instruam opponere constitisti hostibus tuis.*

18 *Ille ubi hanc uineam inuiserit, & a sentibus repurgauerit, non amplius deferemus te, uita enim donabis nos & perstitemus in cultu & inuocatione nominis tui.*

19 *Domine Deus coelestium exercituum summe imperator, reuocanos ab errore, & malis, in quibus uersamur: fac clare appareat fauor uultus tui erga nos: hoc enim si feceris, salui erimus.*

LXXXI.

2 *Hymnis cocinite, reddite tympanum, letamque tu chelimum citharam.*

3 *Clangite neomniaca tuba, in die isto solenni.*

4 *Hic enim ritus est Israelis, et ius a deo Iacob profectum.*

5 *Testimonium quod dignatus est ponere, cum pugnaisset aduersus Aegyptios, cum labium peregrinum audiremus.*

6 *Cum onere leuarentur humeri uestri, et manus uestrae ollis renunciarent.*

2 *Sublata uoce canite & pulsate tympanum: & citharam pulchre sonoram unam cum nablo.*

3 *Clangite in nouilunio tuba, die sollemniter nobis festo.*

4 *Præceptum enim est Israelii illud, & æquiflime statutum a Deo Iacob.*

5 *Ritum illum seruari uoluit a posteris Ioseph, in memoriâ eius, quod feliciter uersatus fuerit ipse in terra Aegypti, quo quum uenisset, linguam quam non didiceramus, audiebamus.*

6 *Liberati enim, inquit Deus, tum a gestandis oneribus humeros illum, meo auxilio ma-*

- 7 Qui cum in tribulatione inuocares me, & ego eripui te, locutus sum tibi sub tonitru latens, et probaui te ad aquas contentionis. **הלו**
- 8 O popule meus, audi, nam contestabor te ô Israël.
- 9 Si mihi obtemperabis, nõ erit apud te Deus peregrinus, nec adorabis Deũ alienum.
- 10 Ego enim sum Dñs Deus tuus qui è terra Aegypti
- nus illorum liberate sunt à coquentis fici libus ollis et lapidibus In malis cõstitutus implorasti auxilium meũ, inquit Dominus, succurri tibi, & ad ea quæ in occulto postulasti, ego tibi respondi tonitru, quo hostes tuos exterrui: feci & periculũ tu iuxta aquas cõtentionis. Ita res habet.
- 8 Audi popule mi, sanctissime enim pollicabor tibi Israël, si mihi auscultaueris.
- 9 Et si non fuerit apud te in pretio Deus alienus, et non uentus fueris ullum Deorum, quales plurimos exterarum nationum impij homines uenerantur.
- 10 Si credideris me, qui te eduxi è terra Aegy-

- eduxi te, adperi ostium, & satiabo illud.
- 11 Sed non recepit populus meus uocem meam, et Israël reuertit me.
- 12 Reliqui ergo eos malignitati cordis eorum, & secuti sunt consilia sua.
- 13 Utinam populus meus me audiat, et Israël ambulet in uis meis.
- 14 Ad paucos redigerem hostes eorum, et in aduersarios eorũ cõuerte-
- pti, uere Dominum Deum tuum esse aperiri quãtũ uelis os tuũ, & postula à me quicquid charũ fuerit animo tuo, ego copiosissimè uoti compotem faciam te.
- 11 Verũ nunquã acquieuit consilijs meis populus meus, nec Israël unquam sincere amauit me.
- 12 Quare permisi eos animo obdurato infamire quantũ uellent, et sua sequi consilia, qui nolent mea.
- 13 Utinam popule mi audisses me, Israël si in uis meis secundum tibi prescripta à me ambulasses.
- 14 Nullo negotio uniuersos inimicos tuos perdidissem. & extendissem tantũ manum meam in hostes tuos,

rem manum meā.
 15 Ofores Dñi in 15 Ofores Domini
 Iſraële frustraren- exterrit mendacijs fe
 tur, & eſſet tēpus uoluiſſent: populus au
 eorum eternitas. tem meus felicia uidiſ-
 16 Et cibaret eos ſet tempora perpetuo,
 ſimila tritici, & 16 Iſraël ſi audiſſes me
 uel è peira melle pauiffem te medulla
 ſaturet eos. tritici, et melle in rupe
 munitiffima conſtitu-
 tum ad ſaturitatem
 uſq; pauiffem te.

PSALMVS LXXXII.

1 Deus conſtitit 1 Deus aſtitit cœ-
 in cœtu potē- tui illorum, qui
 tium, & in medio præ cæteris po
 iudicum, ut iudicio teſtatem in alios naſci
 contendat. ſunt: in medio ipſorū
 2 Vſquequò, in iudicum, quæ officij
 quiens, quod ini- illorum ſunt, admo-
 quū eſt iudicabitis, nuit illos.
 2 Quouſque tandem
 pronūtiatis ſententiā
 iniquam: & in gratiā
 impiorum iuſtos op-
 primitis? Ita faci-
 tis enim.

et pſonā impiorū. Quin potius paupe
 ſuſcipietis? & cū rem & pupillū, & cū
 qui ſine auxilio ueſtro 3 Ius reddite te- impar eſt aduerſario
 nui ac pupillo, ad- ſuo, et egenum à calū-
 ſiſſio & pauperi nia defendite, poteſta
 iuſtè iudicate. te hac nobis cōmiſſa,
 & iuſtitie illorum pa-
 trocinium ſuſcipite.
 4 Adferite inopē 4 Si ſapitis ſuccurrite
 & egenū, ac de ui pauperi & mendico,
 impiorū liberate. & e uiolentis impiorū
 manibus eripite eum.
 5 At nihil uel ſen 5 Nihil factū ſunt ad
 tiunt uel uidēt, ſed monitionib⁹ hiſ ſapē-
 in tenebris ambu- tiores, ſed in tenebris
 lant. Mouebuntur aſſidue uerſantur, quæ
 ergò omnia funda- res tam habet malè
 menta terræ. Deum, ut propterea
 aliquoties ſic totum or-
 bem turbauerit, ut ha-
 ſes terræ tantum non
 uifa fuerint.
 6 Equidē dixi erā, 6 Ego uos habui pro
 Vos dii eſtis, uos ſi dijs, & ſimiles iudicauī
 lij altiffimi eſtis om- oēs uos angelis: qui tã
 nnes. ſunt chari deo, uideri
 poſſint filij altiffimi.

7 Veruntamen ho-
minum more mo-
riemini, et sicut a-
liquis tyrānorum
cadetis.

8 Exurge Deus et
vindica terram, ti-
bi enim uniuersae
gentes hereditario
iure debentur.

PSALMVS
LXXXIII.

1 Deus ne tace-
as, ne cesses,
et ne cūcteris deus
similis e-
rit tibi.

2 Ecce enim ho-
stes tui tumultuan-
tur, et os foras tui efferunt caput.
3 Aduersus populum tuum occultas

Verum longē uobis
aliter quā filijs eue-
niet: moriemini enim si
cut abiectissimus quis-
que in plebe: & quem-
admodum tyrannus
quispiam praecipitabi-
mini ad inferos.

8 Surge quāso tu ipse
Deus, ut iudices terrā:
tu enim ueluti heredi-
tario iure, & tanquā
patrimonium posside-
bis uniuersas gentes.

LXXXIII.

1 Deus ne taceas
quāso diutius,
neque silcas: ne-
que feras amplius om-
nipotens Deus.

2 Ecce enim rem into-
lerabilem: hostes tui tu
multuantur, & inimici
tui efferunt caput.

3 Aduersus populum

sutelas struunt, et
coniurant aduer-
sus arcana tua.

4 Dicunt, adeste,
extirpemus eos ē
gentium numero,
ut nominis Israēli-
tici nulla memoria
reliqua fiat.

5 Conspirarunt e-
nim ex corde, et
foedus in te coniu-
rarunt.

6 Tabernacula Ie-
dumaeorum et Is-
maelitae, Moabitae
et Hagareni.

7 Gebal, Amon, et
Amalec, Palaestini
cum Tyri ciuibus.

tuum conspirauerunt
secreto, & consultaue-
runt aduersus eos, qui
occultę protectioni tue
concrediti sunt.

4 Statuerunt inter te
proficisci in bellum, &
extirpare penitus illos,
qui tuae curae relicti
sunt, & delere sic eos ē
numero hominum, ut
nunquam amplius me-
tio fiat nominis Israe-
litici populi.

5 Consilio unanimitē
inito aduersus te pepi-
gerunt foedus.

6 Habitatores Idu-
maeae & Ismaelitae,
Moabitae & Agarc-
ni.

7 Gebal, Ammon, &
Amalech: Palaestini
una cum habitatori-
bus Tyri.

- 8 *His adhaeret Af-
syrus, perpetuus
commilito filiorū
Lot. אלו*
- 9 *Fac eis sicut Ma-
dianitis & Sisare,
sicut Iabino ad flu-
men Chison.*
- 10 *Qui fracti sunt in
Endor, & sterqui-
linium terræ facti.*
- 11 *Duces autē eo-
rū similes fac Ore-
bo, Zebo, Zebææ
et Zalmanæ, omēs
duces eorum.*
- 12 *Qui dixerunt,
uendicemus nobis habitaculum Dei.*
- 13 *Deus meus redde eos rotæ similes,*

8 Insiper & Assyrij iuncti sunt illis, auxilio uenerunt filijs Loth. Ita res habet.

9 Fac illis quod olim fecisti Madean & Sisare, & Iabin iuxta torrentem Cisson.

10 Qui perierunt in Endor, relicti ad stercorendos agros insepulti.

11 Fac principibus illorum quod olim fecisti Oreb, quod Zeb, quod Zebeci & Salmanæ eadē experiantur nunc horum duces uniuersi.

12 Qui dixerunt, occupemus ueluti iure nobis debita elegantiā illa tabernacula Dei.

13 Deus fac sicut quæso tā instabiles, quā est ulla rota: & similes festuæ, quæ non potest resistere uento.

- & stipulæ quæ uē-
to exposita est.*
- 14 *Sicut ignis nemo
ra incendit, & si-
cut montes flamma
inflammat:*
- 15 *Sic persequere il-
los procella tua, et
turbine tuo obrue.*
- 16 *Perfunde uultus
eorum pudore, ut
requirant nomen
tuum Domine.*
- 17 *Erubescat et cō-
turbentur usq; in
sempiternū, cōsun-
dantur & pereāt.*
- 18 *Vt experiantur quòd tu Domine so-
lus es, nomen tuum solum est, solus al-
tissimus es super omnem terram.*

14 Sicut ignis in syluam immissus & flamma in cacumen montium: quæ per obuia dumeta uoluntas uastat cuncta absq; ullo impedimento:

15 Sic tu persequere eos tempestate immissa abs te, & excitato turbine perturba eos.

16 Imple ignominia uultus illorum, ut querere cogantur placationem læti nominis tui Domine.

17 Pudeant & conturbentur assidue magis ac magis, infames fiant & percant.

18 Vt sciant te esse illum, cui soli nomen est rei respondens: altissimo domino in omnia potentiam habenti per uniuersam terram.

Quam dilecta ta bernacula ta.
 1 **Q**uam amabi-
 lia sunt habi-
 tacula tua Domine
 exercituum.
 2 **C**oncupiscit &
 deperit anima mea
 atria Domini, cor
 & caro mea ge-
 stiunt ad deū utiū.
 3 **V**bi & passer
 domicilium sibi in-
 uēnit, & turtur ni-
 dū quo foetus suos
 reponat, arā uide-
 licet tuam dñe ex-
 ercituū rex meus & Deus meus.
 4 **O** beatos cum qui domi tuae habi-

Quam amabi-
 lia sunt taber-
 nacula tua do-
 mine exercituum.

2 Sic amore capiebatur, ut uix esset apud se anima mea, quoties mentio fiebat atriose domini: cor meum & caro mea præ gaudio exaliebant ad nomen Dei uiui.

3 Interim passer inuenit foramen, & hirundo nidum ubi collocet pullos suos iuxta altaria tua Domine exercituum, qui mihi et rex es & Deus.

4 Felices qui habitant iuxta domum tuam: nunquam deerit occasio illis laudandi te. Ita res habet.

tant, tum qui te lau-
 dant. **Ps**
 5 **O** beatos quo-
 rum robur tu es,
 in quorū cordibus
 laudes tue sunt.
 6 **C**um enim in la-
 chrymarum ualle
 proficiscitur, uice
 fontis eis utuntur,
 & dux ipse gratu-
 latiōibus ornatur.
 7 **T**ransseunt de o-
 pulentia in opulen-
 tiā, deinde uidetur
 eis Deus in Zion.
 8 **D**omine Deus ex-
 ercituū exaudi
 orationē meā, au-

Felix ille homo, qui tuo beneficio fortis est: scmita enim sunt eleganter stratae in corde illius, per quas eunt ad ipsum usque animum diuinitus inspiratae uires.

6 Obambulant qui tales sunt assidue ueluti in ualle simplicissimis plena fontibus, e quibus quantum libebit, bibent: ipse uero qui diuinam hanc philosophiam alijs impartit doctor, omni ex parte diuinis muneribus exornabitur.

7 Incrementa uirtutum, quicumque sunt tales, assidue magis ac magis accipient, quoad peruenierint ad ipsum Deū, & illi assistere uideantur palam in Zion.

8 Domine deus omnipotens audi quæso precationem meā, præbe

rem præbe Deum
Iacob. אלו
9 Inspice scutum
nostrum Deus, et
intuere uultū Chri-
sti tui.
10 Quia suauior est
una dies in atrijs
tuis quam alia
mille. Malo ostia-
rius esse domi dei
mei, quam uersari
in tabernaculis im-
piorum.
11 Lux enim et se-
curitas est Domi-
nus Deus, gratiam
et gloriam dabit Dominus, nullo bono
desituit eos qui integrè uiuunt.

autem Deus seruator
Iacob. Ita fiat.
9 Qui diligentius pro-
tegere nos soles quam
illum possit scutum,
aspice Deus, & clemē-
ter respice faciem sup-
plicis Christi tui.
10 Melior est enim una
dies in atrijs tuis, quam
mille quocunq; alio lo-
co: optarem magis ac-
cubare ad limen do-
mus Dei, quam habi-
tare in splendidis im-
pietatis ædibus.
11 Est enim tanquam
Sol & clypeus domi-
nus Deus, gratiam &
gloriā dabit dominus:
non poterit non facere
benignitatis suæ parti-
cipes eos, qui ambulāt
simpliciter.

12 O beatos Domi-
ne Deus exercitū
qui in te sperant.

PSALMVS
LXXXV.
1 Propitius sis
Domine ter-
re tuæ, restitue ca-
ptiuitatem Iacob.
2 Tolle scelus po-
puli tui, et operi
omne peccatū eo-
rum. אלו.
3 Tolle omnē in-
dignationē tuam,
redi à furore iræ
tuæ.
4 Redi ad nos Deus saluator noster,
solue tuam erga nos indignationem.

Domine exercitū
omniū imperator sum-
me: felix modis omni-
bus ille est homo, qui
fidit per omnia tibi.

LXXXV.
1 Reconciliatus es
dñe terræ tuæ: Bñdixisti
reduxisti em̄ e dñe terrā.
captiuitate Iacob.
2 Abstulisti omnem
iniquitatem a popu-
lo tuo: texisti omnia
peccata illius. Ita
factum est.
3 Collegisti oēm iram
tuā, quæ sparsa fuerat
in nos: continuisti, ne
in furorem erumpere-
ret, iram tuam.
4 Recipe in gratiam
nos Deus autor salu-
tis nostræ, & tolle ini-
micitias, quæ fuerunt
inter te & nos.

- 5 Num perpetuo irasceris nobis? proferesne iram tuam in generationem & generationem? Tu ne es ille, qui nos à captiuitate liberare solus potes, & uita donare, ut populus tuus sese te oblectet, pacem consecutus?
- 6 Nonne redibis potius ac restitues nos, ut populus tuus letetur in te?
- 7 Ostende nobis Domine bonitatem tuam, et salute tuam nos dona.
- 8 Auscultabo quid mandaturus sit Dominus Deus, mandabit enim pacem populo suo & sanctis suis quò minus ad stulticiam conuertantur.

- 9 Nam propinqua est salus eius timētibus eum, & gloria eius ut habitet in terra nostra.
- 10 Bonitas & fides occurrent sibi mutuo: Mutuo se se osculabuntur iustitia & pax.
- 11 Veritas de terra germinabit, et iustitia de caelo orietur.
- 12 Dominus donabit bonitatem, & terra nostra redet annonam suam.
- 13 Iustitia ante ambulabit coram eo, ut uiam munit ingressui eius.
- 9 Propinqua certe co-
lentibus ipsum salus
ipsum, qua fiet ut non
perfunctorie peram-
bulet, sed inhabitet
maiestas illius terram
nostram.
- 10 Misericordia & fi-
des obuiam mutuo fa-
cie sunt, iustitia et pax
mutuo excolatę sūt
sefe.
- 11 Veritas è terra pul-
lulabit, & iustitiam è
caelo prospicieni ē euo-
cabit.
- 12 Profecto dñs erit
auctor huius boni, ut
terra nostra proferat
fructum suum.
- 13 Iustitia præcedet il-
lum, qui domino cha-
rus est, & figet gressus
uiri illius in uia per
quam gradietur.

PSALMVS LXXXVI.

LXXXVI.

Inclina
dñe aurē
tuam &
ex.

PRæbe mihi
Dñe aurem
tuam, & responde
mihi, adflictus enī
& pauper sum.

2 Serua animam
meam, quoniā in=
nocens sum: salua
seruum tuum deus
meus speratē in te

3 Misere mei
dñe, ad te sine iter
missione clamātis.

4 Letifica animā
serui tui, ad te enī
Domine mentem meam tollo.

5 Quoniam tu Domine suavis & mi-

PRæbe aurē tuā,
& responde uo=
tis meis: quia pau=
per & omni humano
preſidio deſtitutus ſum
ego.

2 Sit tibi curæ anima
mea, quia candido ſum
erga te peſtore: ſaluū
fac tu ſeruum tuū, mi
Deus, ſerū in q̄ tuū,

3 Miſereat te mei do=
mine: imploro enim af=
fidue, et implorabo au=
xilium tuum.

4 Exhilara animum
ſerui tui: ad te enim
uſq; Domine animo
meo, quantumuis in
ſublīmi habitēs, perti=
gere conabor.

5 Tu enim domine be=
nignus es & clemens,

tis es, ac miſericor
diæ diues omnibus
inuocantibus te.

6 Da aurem Domi
ne orationis meæ,
et attēde uoci præ
cationum mearū.

7 Tempore tribu=
lationis meæ te in=
uoco, nam tu exau
dis me.

8 Nullus eſt inter
Deos tibi ſimilis
Domine, nullus ti=
bi rebus gerendis
par eſt.

9 Omnes ergo gē=
tes, quas feciſti, ue
niant, & adorent coram te Domine,

& ſuprà quā dīci po
teſt miſericors in om=
nes, qui tuum auxiliū
implorant.

6 Auris præbe Do=
mine precatiōni meæ:
non ſit moleſtum tibi
audire clamofas preces
meas.

7 Quotieſcūq; aduerſi
aliquid acciderit mihi,
opem tuā implorabo:
futurum confidens ut
præſtes, quod ex re
mea eſſe putabis.

8 Non eſt conferendus
tecum quiſquam eorū,
quos impij homines ꝑ
dījs habent domine,
neq; poteſt imitari q̄=
quam opera tua.

9 Quare futurum eſt, ut
extere nationes qua=
rum omnium tu autor
es, ueniant et ſupplices
ſiant tibi, & ſerūd re=
uerentur maieſtatem

- & magnificēt no-
 men tuum.
 10 Quoniā tu es ma-
 gnus, & magna fa-
 cis, tu solus es deus.
 11 Duc me Dñe uia
 tuam ut ambulē in
 ueritate tua, coge
 pectus meū ut uni-
 cè timeat nomen
 tuum.
 12 Grātiās ago tibi
 Dñe Deus meus ex
 toto corde meo, et
 nomen tuū inater-
 num magnificabo.
 13 Quia bonitas tua
 grandia mihi fecit, erui-
 sti enim animam
 meam de fouea quæ subter me erat.

nominis tui.
 10 Magnus em̄ es tu,
 & stupenda designas,
 tu Deus es solus.
 11 Doce me domine
 uia qua itur ad te, ut
 ambulem confidenter
 per eam: nihil dubitās
 quin bona fide mihi
 comes itineris futurus
 sis: excita cor meū, ut
 unice reuerat maie-
 statē nominis tui.
 12 Celebrabo te Dñe
 mi Deus toto pectore
 meo, & laudibus effe-
 ram nomen tuū perpe-
 tuo duraturis.
 13 Benignitatis em̄ tug
 erga me immēse, ex-
 tant argumēta pluri-
 ma: quoties em̄ uersa-
 bar in periculis etiam
 summis, tu me eripui-
 sti, & animam meam

- 14 Deus, uioleti in-
 surrexerūt in me,
 & coetus audaciū
 quærun animam
 meam, neq; habent
 te præ oculis suis.
 15 Tu ergo domine
 Deus clemens &
 misericors, qui tar-
 dus es ad irascēdū
 sed propēsus ad be-
 nignitatē & fidē.
 16 Cōuertere ad me
 & miserere mei,
 da robur tuum ser-
 uo tuo, & salutem
 filio ancillæ tuæ.
 17 Fac mecum signum ad bonum, ut eo
 uiso pudefiant osores mei, quod tu Dñe

ueluti ab inferis ad su-
 peros reuocasti.
 14 Deus supbi insurre-
 xerunt aduersum me,
 & ingens robustorum
 turba hoc egit studio-
 se, ut uia adimeret in-
 fonti mihi non habi-
 ta ulla ratione tui.
 15 Verum tu domine
 Deus es misericors &
 pius: tardus ad irā, ad
 beneficentiam autem,
 & fidem seruandam
 propensissimus.
 16 Respice me, & mise-
 rere mei: tribue uires
 seruo tuo, & serua fi-
 lium ancillæ tuæ.
 17 Ede signū aliquod
 fauoris erga me tui, ut
 hostes mei uideant &
 pudefiant: uideant in-
 quam te fuisse illum,
 q̄ auxiliatus sit mihi.

auxiliū & cōsolationē tuleris mihi.

PSALMVS
LXXXVII.

Dominus a= **D**amat portas
2 **D**mat portas
Fundamēta eius in
mōtibz
sanctis. **Z**ion, cuius funda= **Z**ion, cuius funda=
menta in monte san= **M**enta in monte san=
cto sunt, super o= **C**cto sunt, super o=
mnia tabernacula **I**aacob.

Magnifica sunt
3 **M**agnifica sunt
quae in te dicuntur o
urbs Dei. **הלל**

Memorabo Ra=
4 **M**emorabo Ra=
hab Babyloni, no=
tis mihi urbibus Palaestine, deniq; Tyro
& Aethiopiae: Ecce ille natus est isthic.
3 **N**am in Zion gloriam dicetur passim

& ultus sit iniuriā illa-
tam mihi ab illis.
LXXXVII.

Fundamēta ciui-
tatis huius iacta
sunt in monti-
bus sanctimonia ma-
ximis.

Amat dominus por-
tas Sion, magis q̄ ul-
la tabernacula Iacob.

Magnifica dicta
sunt de te, o ciuitas
Dei. Ita res habet.

Memor ero Aegy-
ptiorū, & Babyloniō-
rum agnoscentiū me:
ecce rem nouā, Philis-
tinae & Tyrus unā cū
Aethiopia accurren-
t propterea q̄ insignis
ille natus sit tibi.

De Sion quidem
dicetur, quod plurimi

apud oēs, excelsus
ille qui cōdidit eā,
natus est in ea.

Quin & Domi-
6 **Q**uin & Domi-
nus ipse in annales
populorū referet,
quod ille natus sit
in ea. **הלל**

Hinc cantorū et
7 **H**inc cantorū et
saltantiū omnium
habitatio in te est.

PSALMVS
LXXXVIII.

Domine Deus
1 **D**omine Deus
2 **D**saluator me=
us, ueniat oratio
mea, nocte & die corā te clamātis, i cō-
spectū tuū, praebe aurē tuā suspirijs meis.

3 **S**atiata enim est malis anima mea, &

nati sint in ea, sed infi-
gnis ille cōfirmabit eā
quū sit altissimus.

Dominus cōmemo-
6 **D**ominus cōmemo-
rabit in descriptione
populorum, quod infi-
gnis ille natus sit tibi.
Ita fiet.

Interim principes lu-
7 **I**nterim principes lu-
dent instrumētis musi-
cis prae gaudio, et mea
omnia studia occupa-
ta erūt in laudādo te,
propter haec tam mira
quae sicut in te.

LXXXVIII.

Domine Deus a= **D**omine
1 **D**omine Deus a=
quo pendet sa- **D**omine
lulus mea, p̄ diē **D**omine
clamabo, neque no- **D**omine
cte latebit te uocifera
in die.

2 **Q**uare admittatur
3 **Q**uare admittatur
quae precatio mea in
nocte & die corā te clamātis, i cō-
spectū tuū, praebe aurē tuā suspirijs meis.

uita mea ad inferos
adpropinquat.

4 *Quin iam inter
eos numeror q in
foueā subeunt, simi
lis existimor hoī
quē uirtus defecit.*

5 *Inter mortuos
inuenior, uelut iter
interfectos, inter
eos q in sepulchro
dormiunt, quorum
non meminit ultra
q̄quam, q̄ potētia
tua sunt abscisi.*

6 *Detrustisti me ad
puteum infernum,
in tenebras imper=
meabiles.*

conspēctum tuū: præ=
be aurem tuam clamor
ri meo.

Ad saturitatē enim
& nausēā usq̄ plena
est molcissimorū cru
ciatūū anima mea, ui
ta mea sepulchro ui
detur esse proxima.

Habitus sum unus
ē numero eorum, qui
famā corruituri sunt
in barathrū: estimatus
non pluris sum, quā
uir omnibus suis uiri
bus destitutus.

Præstaret mortuū
esse, & liberum ab his
malis, quales sunt, qui
uel uulnerati, uel mor
bo extincti facēt in se
pulchris, quorū nō re
cordaberis amplius, ut
uitæ huic qua uixerūt
eos restituas: uerūm li
beri sunt à plagis his
tuis, quibus ego affligor.

6 Affecerūt me malis

7 *Fixisti furorem
tuū in me, & om=
nibus nymbis tuis
deiecisti. אלו*

8 *Amouisti à me
notos meos, reddi
disti me eis abomi=
nabilem, ego autē
ita teneor ut exire
nequeam.*

9 *Deficit præ ad=
flictiōe oculus me=
us, inuoco te Do=
mine omni tēpore,
& manus meas ad
te extollo.*

10 *Nū defunctis ma
gnifica facta tua ostēdis? num, ex angues
ita uiuunt ut te cōfiteantur? אלו*

tam multis aduersarij
mei, ut uisus sim ipse
mihī præcipitatus in
puteū, aut in carcerem
obscurissimū & p̄sum
dissimū reclusus.

Omni ex parte præ=
mit me furor tuus, nul
lum superest mali ge=
nus quo nō afflexeris
me. Ita res habet.

8 Alienasti à me fa=
miliarissimē notos mi=
hi, & abominabilē fe=
cisti me illis: conclusus
sum, nec uideo quo pa=
cto explicem me.

9 Oculus meus læguit
præ dolore, imploraui
auxilium tuū, domine
roto die expandi ma=
nus meas ad te.

10 Ades ne diuinitatis
tuæ specimen in mor=
tuis, aut resurgent ne

- 11 Num predicabitur in tumultu bonitas tua? & ueritas tua apud interitū?
- 12 Nū̄ ī tenebris cognoscitur magnificata tua gesta? aut iusticia tua apud rerū omnium obliuionē?
- 13 Ad te Dñe, inquam, clamo, & oratio mea ad occurredū tibi maturat.
- 14 Cur Dñe derelinquis animā meā, & occultas uultū tuum à me?
- 15 Quum ego præ afflictione anhelus
- mortui laudes tuas caturis? Ita ne fiet?
- 11 Mentio ne fiet in sepulchro clementie tue, aut integritatis tue apud eos q̄ perierunt?
- 12 Quo pacto in tenebris nota fiet tua illa potestas, qua miranda designas: aut iustitia tua inter eos, q̄ ex hoc orbe migrarunt in terram desertam?
- 13 Pergam tamen ad te clamare domine, nõdum spem omnem deponēs, & manē ante omnia precatione mea occupabo te.
- 14 Quorsum domine neglexisti animā meam? occultasti uultum tuū ne sentia solitū erga me fauorē tuum.
- 15 Pauper sum ego, & ærumnosus ab adolescentia: p̄tuli tales abs te mihi immisos ter-

- & amens iaceam? cum tremens onera tua feram?
- 16 Super me trāferunt furores tui, indignatiões tuæ opprimunt me.
- 17 Aquarū istar stagnant circum me sine intermissione, simul irruūt ī me.
- 18 Sustulisti à me amicos et cognatos, noti mei ignoti sūt.

PSALMVS

LXXXIX.

1 **M**isericordias Dñi in æternū cātabo, Ad

rores, ut propemodū succubuerim, & desperare de salute tantum non coeperim.

16 In me apparuerūt manifesta signa tui furoris, terrores tui oppreserunt me.

17 Circūdederūt quædam modū aquæ solēt col lapsum ī cas, idēq̄ asī dūē, cinxerunt me, nõ alius terror post aliū, sed simul uniuersū.

18 Procul à me abire fecisti, si q̄s forte reliquus fuit amans mei, aut uicinus benenolus: quī & familiaris notos abscondisti, & ueluti in tenebris, ne uideri possint à me, collocasti.

LXXXIX.

1 **D**ominum nunquam te nõ misericordiam miris modis esse carminibus testabor: & in æternū cātabo.

Misericordias dñi, in æternū cātabo.

- omne posteritatem
notam faciam ore
meo ueritate eius.
- 2 Scio enim quod
bonitas tua imperpetuum, duratura
est, ueritas autem et
fides tua, cum cœ-
lis ipsis aderat quum
conderentur. Quo-
tis locutus.
- 3 Incidi fœdus cum
electo meo, iuravi
Dauid seruo meo.
- 4 Firmabo semen
tuum imperpetuum,
et stabiliam solium
tuum ad omne po-
steritatem: **אד**
- tis hominibus et posteris
omnibus, et docebo ore
meo non esse dubitandum
cuiquam de fide tua: quum
præstaturus sis quicquid
promiseris unquam.
- Perualt enim mihi
futurum, ut perpetuo du-
ret misericordia tua:
et cœli prius ruant quam
artificio summo condidisti,
et constanter conseruas,
quam te non stare promissis.
- Percussit fœdus, in-
quit Dominus, cum eo,
quem elegi ipse mihi, et
iuramento confirmavi
illud, ne ullam habeat
dubitandi causam ser-
uus meus Dauid.
- Perpetuo, inquit Dominus,
stabiliam posteros tuos,
extruam solium regale
tibi, quod non conuelleretur
ulla generationum unquam
subsequentium. Ita fiet.

- 5 Celebrant itaque,
cœli fortia facta tua
Domine, et eccle-
sia sanctorum fidem
ac ueritatem tuam.
- 6 Quis enim uel in
nubibus est, qui con-
paretur Domino, aut
inter Deos qui Do-
mino comparetur?
- 7 Deus formidabi-
lis est in magno
sanctorum concilio,
et uenerabilis su-
pra omnes qui cir-
cum eum sunt.
- 8 Domine Deus
exercituum, quis similis tibi,
maiestate, fide,
ac ueritate, quibus latus tuum stipatur?
- Testantur cœli quam
admirandus artifex sis
in domine, et perpetui-
tatis tue testes sunt a-
pud omnes, quum tue san-
ctitatis non penitus sunt
experies.
- Quis enim in cœlo
quouis pacto tecum con-
ferri poterit: et quis
similis tibi inter ange-
los quantumuis sunt po-
tentes.
- Deus miris modis
magnus est, et suspi-
ciendus etiam in cœtu
sanctorum suorum, et
metuendus cunctis, qui
circa illum sunt.
- Domine Deus quis
conferri illo pacto po-
terit tecum, quum sis
creator et conseruator
rerum omnium, et sta-
bilitatis tue circum te ha-

- 9 *Tu imperas fā-*
stioso mari, tu pre-
mis cum efferuntur
fluctus eius.
- 10 *Tu cōtundis tan-*
quā uulneribus
superbum, brachio
tuo robusto disi-
pas hostes tuos.
- 11 *Tui sunt cœli,*
tua est tellus, orbis
deniq; et quicquid
in eo est, tu enim
fundasti ea.
- 12 *Aquilonem &*
Meridiem tu crea-
sti, Thabor &
Hermon de nomi-
ne tuo gloriatur.
- beas testes plurimos.
9 Tu imperiū habes
in uastitatē maris: si fe-
rocire cœperint, & in
altum se sustollere flu-
ctus eius, tu potestate
tua dum uis compescis
illos.
- 10 Tu percussisti potētis-
simū illū Aegypti re-
gē, non maiore nego-
cio, quā si res tibi fu-
isset cū aliquo uiribus
suis omnibus defūtu-
to: oīa potētī brachio
tuo subuertisti, hostes
tuos uniuersos.
- 11 Tui sunt cœli, tua
est terra, orbis terrarū,
& omnia quæ in ipso
plurima sunt: tu fun-
damenta iecisti omnīū
illorum.
- 12 Aquilonē & austrū
tu pduxisti. mons Ta-
bor, mons Hermon
magnitudine sua testā-
tur omnipotentiā tuā,

- 13 *Brachium tuum*
ter' robustissimum
est, manus tua for-
tissima, & altissi-
ma dextera tua.
- 14 *Iustitia & equi-*
tate instructum est
soliū tuū, bonitas
& ueritas antea-
bulones tui sunt.
- 15 *O' beatum popu-*
lum tibi iubilandi
peritum ô Domi-
ne, qui in luce uul-
tus tui ambulat.
- 16 *Qui in nomine*
tuo exultant omni
tempore, & ad iu-
stitiā tuam gestiūt.
- & occasione præbent
iudicibus laudandi no-
men tuum.
- 13 Tu brachiū habes
omnipotētia præditū,
robustissima est manū
tua, & potētissima dex-
tera tua.
- 14 Iustitia & equita-
te stabilitum est regale
soliū tuum, clemen-
tia & æquitas præ o-
mnib' curæ sunt tibi.
- 15 Felix ille populus
qui agnoscit hæc, &
sele oblectat his: Do-
mine quicumque ta-
les fuerint, semper co-
mitabitur illos fauor
tuus, & ueluti clarissi-
ma in luce uultus tui
uerfabuntur.
- 16 Ad memoriā no-
minis tui exultabunt
omnibus diebus uitæ
sux, & beneficio iu-
stificationis tuæ ma-
gii erunt.

- 17 Tu enim es splēdor fortitudinis eorum, & gratia tua exaltatur cornu nostrum.
- 18 Tu dñe scutum nostrū es, et sancte Israël̄is, rex noster
- 19 Tu locutus es olim nunciādo sanctis tuis atq; dixisti: Dabo heroi robur, eueham electū super populum.
- 20 Comparabo Dauid seruum meum, oleo meo sancto ungam eum.
- 21 Fulciet eū manus
- 17 Ornamentū enim fortitudinis eorum es tu, & pro tua in nos pietate robur illud incrementa suscipiet assidue magis & magis.
- 18 Beneficio enim dñi magis q̄ illo clypeo tuti sumus, & auxilio illius, qui sanctimoniz autor est Israël̄i feliciter cedunt quæcunq; aggreditur noster rex.
- 19 Oīm locutus es cū sancto tuo, Samuele, quomodo cū prophetis soles: & dixisti, robur addidi uiro alto, qui forti, exaltati adulescentem illum, quem e populo elegeram.
- 20 Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo unxi eum.
- 21 Quare manus mea firma erit cū illo, nec deseret illum unquam: insuper & brachium

- mea, & brachium meum corroborabit eum.
- 22 Non superabit ipsum hostis, et sceleratus non opprimet eum.
- 23 Concidā ante eū hostes ipsius, & osores eius pcutiā.
- 24 Veritas uerò et bonitas mea ipsum prosequentur, & potētia mea exaltabitur cornu eius.
- 25 Portendam maiestatem eius ad mare, & imperium eius usq; ad Euphratem.
- 26 Ipse me appellabit, o pater mi, Deus meus & petra salutis mee.
- meum potentissimum faciet illum.
- 22 Non opprimet illū ullus inimicus, nec homo sceleratus male illi uolens affligere poterit illum
- 23 Conteram em̄ quot quot audebūt sese opponere illi: & odio habentes illum perdam.
- 24 Quicquid autē promisi illi assequetur, & prima illa gratia, qua elegi eū irrita nō fiet: per me em̄ exaltabitur cornu illius.
- 25 Et extendā usq; ad mare ditionē illius: & usq; ad flumina potētiam dexterę illius.
- 26 Ipse uocabit me, &

- 27 Ego autem primarium faciam eum, ac superiorem regibus terre
- 28 Seruabo ei bonitatem meam imperpetuum, & foedus meum firmum permanebit ei.
- 29 Semen eius imperpetuum propagabo, et folium eius secundam dies qui coelo oriuntur.
- 30 Quod si filij eius legem meam deseruerit, et in iustis meis non ambulauerint:
- 31 Si mores meos contaminauerint, & mandata mea non custodierint:

dicere familiariter audebit pater meus es tu Deus meus, stabilis et incōcussa fal^s mea tu.

27 Et ego faciam illum primum, & potentissimum omnium regum, qui sunt in terra.

28 Perpetuo illum prosequar favore meo, & pactum quod iniij cum illo, firmum erit.

29 Et constitui posteros illius conseruare perpetuo, & folium regni illius facere tam diuturnum, quam erunt dies caeli.

30 Si deseruerint posteri illius legem meam: et secundum praecipia mea non uixerint:

31 Si leges meas uolauerint, & mandatis

- 32 Iam uirga uisitato transgressiones eorum, et uerbis scelera eorum.
- 33 At bonitatem meam non auferam ab eo, neque fidem meam fallam.
- 34 Non faciam irritum foedus meum, quaeque ex ore meo prodierunt non immutabo.
- 35 Oino iuravi per sanctitatem meam, si Dauid fallam.
- 36 Semen eius imperpetuum durabit, & folium eius coram me tanquam Sol.

meis non paruerint: 32 Ego uelut uirga flagellabo eos ut resipiscant, & uerbis animaduertam in scelera illorum.

33 Clementia uero mea nunquam destitit illos: nec enim mentiri poterō, aut contra datam a me fidem facere.

34 Nunquam uiolabo pactum, quod est inter me et illos: id enim quod semel locutus sum, non mutabo unquam.

35 Quum ergo iurauerim per sanctitatem et & maiestatem meam, mentiri ne Dauid poterō?

36 Futurum promissa semen illius perpetuo duraturum, & folium regni illi fore tam stabile,

- 37 Firmum erit in
sempiternum sicut
Luna, & sicut cer-
tus ille in nubibus
testis. **℣**
- 38 Nūc autē despi-
cis et abijcis, simul-
tatem exerces cum
Christo tuo.
- 39 Rescindis fœ-
dus serui tui, humili-
contaminas coro-
nam eius.
- 40 Scidisti oīa septa
eius, & munitio-
nes eius cōtriuisti.
- 41 Conculcant oēs
qui isthīc trāseūt,
obprobrium est uicinis suis.
- & diuturnū, q̄ est ipse
Sol in cōspectu, meo.
- 37 Sicut luna perpe-
tuum erit regnū illius,
quā & stabile promif-
sionis meę in cœlo fi-
gnum esse uolo.
- 38 Interim tu tanquā
horū omniū oblitus,
deseruisse & abomina-
tus esse uideris Chri-
stum tuum, & excan-
duisse in illum.
- 39 Violasse uideris fœ-
dus in tūm cum seruo
tuo, & ignominiose in
terrā abieciſſe diade-
ma illius.
- 40 Diruisti oēs muros
illius, & munitiones,
quibus tutus esse solet
ab hostiū insultib⁹, fun-
ditus demolitus es.
- 41 Cōculcāt quotquot
iter faciunt iuxta illū,
factus est ludibrio uici-
nis suis.

- 42 Dexterā hostis
eius exaltas, & læ-
tificas omnes ini-
micos eius.
- 43 Retorsisti ro-
bur gladij eius, et
nō facis eum uicto-
rem in prælio.
- 44 Cessauisti ab or-
nando eo, & solū
eius ad terram col-
lisisti.
- 45 Recidisti dies iu-
uentutis eius, ope-
ruisti eum pudore.
℣
- 46 Quousq; Domine abscondēris? an ne
imperpetuum? quousq; incensa erit uelut
ignis indignatio tua?
- 42 Extulisti in altū dex-
terā hostiū illius, ut
grauius feriās, gaudio
affectisti quotquot ma-
le uoluerunt illi.
- 43 Aciem enim gladij
nostri retulisti, nec p-
diturus uideris nobis-
cum, sicut soles, in præ-
lium.
- 44 Obscurasti splendo-
rem illius, solium illius
regium in terram usq;
detraxisti.
- 45 Breues fecisti dies
adoleſcentię ipsius, oī
ex parte ignominia cō-
operuisti illum. Ita
factum est.
- 46 Quousq; tandē ab-
sconderis domine? per-
petuū ne exardescet
ne quēadmodum ignis
solet furor tuus?

47 *Reputa quantū sit tempus mihi cōstitutum, num leuē ob causam creaueris omnes filios hominum.*

48 *An quisquā ita uiuat ut nō sit morturus? aut animam suā de ui foueere liberaturus.* אלו

49 *Vbi est prisca illa bonitas tua Domine, quam iureiurando promisti Dauid per ueritatem tuam?*

50 *Memor esto dñe obprobrij, quo uni*

47 Recordare quā breuis & nihili sit uita mea, an nō ex ipsa cōditione mali satis habemus? q uanitati per totam uitam obnoxij quotquot sumus posteri. Adæ, abs te conditi sumus.

48 Nemo est em̄, quāntūuis sit uir robustus, q uictur? sit expers mortis, & qui tutari uitam suam poterit cōtra uio lentiam sepulchri.

49 Vbi nunc sunt superiorē seculorū misericordie tue dñe, qñ iuramento obstrinxisti te Dauid, bona fide posterorum illius curam te habiturum?

50 Perpede dñe quā contumeliose tractantur serui tui, quōd q cōcoquere cogar clam & uelut in sinu portare cōtumelias, quibus

uersa populorum multitudo, seruos tuos afficit, quōd ego in sinu meo premo.

51 *Quo contumeliatur inimici tui Domine, quo etiam uestigia uncti tui excrantur.*

52 *Gratie Domino imperpetuū, Amē, Amen.*

PSAL. XC.

1 *Domine tu es Dreceptaculum nostrum ab omni auo.*

2 *Priusquā montes*

me afficiūt populū narij & propemodum innumerū.

51 Cōtumeliosi enim nō in nos solum sunt, sed et in ipsum te dñe: rident em̄ assidue nos tanq̄ sp̄i nobis nihil sit reliquū ī xp̄o tuo.

52 Qualiscunq̄ sit status rerum nostrarum, Deus quod pmisit nō poterit non prestare, quāuis molesta sit nobis mora: quare dign⁹ est, qui perpetuō laudetur ab oībus, Amen Amen.

X C.

1 *Domine tu fuis nobis securus superioribus in star alysi, ad quē tutissime confugere licebat.*

2 *Prius em̄ quā montes pducii essent, et facta terra, & in plagas*

Libri tertij finis.

Dñe refugiu factus es nobis.

- nasceretur, aut tel-
lus: priusquam cõ-
deretur orbis, ab
eterno usq; in eter-
num tu es Deus.
- 3 Tu redigis ho-
minem in puluerẽ,
& contrã, dicis:
Redite in integrũ
filij hominum.
- 4 Quia mille anni
ante te sunt, sicut
dies hesternã que
præterijt, & excu-
biã nocturnã.
- 5 Te illos dissipã-
te, somnus fiunt,
ac subito sicut fœ-
num mutantur.
- habitas distincta: tu
ab æterno fueras te ip-
so potentissimus Deus.
- 3 Deduces hominẽ ua-
rijs miserijs obnoxiiũ,
quoad sentio fractus fu-
erit, & dices tum, redite
posteri Adã in terrã,
unde prodijstis.
- 4 Nulle profectò anni
apud te et cũ tua æter-
nitate collati, sunt tan-
quã dies hesternus, q
præterijt: & tanquam
una ex nocturnis uigi-
lijs, que nullũ relinquit
post se uestigium.
- 5 Velocissimẽ propere
re annos hominum iu-
bes, & priusquam ad
se reuersus homo cogi-
tet, quid sibi in uita ac-
ciderit, clapsos sentiet
illos ueluti somnium
quoddam: manẽ enim
in initio uitę tanquam
herba quedã succre-
scet, & aliquid esse ap-
parebit.

- 6 Fœnũ manẽ flo-
ret & crescit, ue-
spere icisũ arefcit.
- 7 Sic te irato cõsu-
mimur, et in furore
tuo deturbamur.
- 8 Tenes flagitia no-
stra coram te, oc-
cultã nostra in luce
uultus tui patent.
- 9 Te irato, uniuersa
si dies nostri colla-
buntur, anni nostri
dicto citius finiũt.
- 10 Dies annorum
nostrorum quibus
manifestiora sunt in conspectu tuo.
- 9 Quare dies nostri elapsi sunt uniuersũ te nobis
irato, finiũimus annos nostros dicto citius.
- 10 Tempus enim uitę nostrę si fuerit septuaginta
- 6 Manẽ inquam nire-
bit & aliquo usq; suc-
crescere uidebitur, ad
uesperam uerò succide-
tur & arefcet.
- 7 Et tanquam non sit
in annis nostris paucis
mali satis, accedit ira
tua, quã non sinit uel
per somnium nos senti-
re, qualecunq; illud sit
quod possit homini ef-
fe quoquo modo uolu-
ptati: in metu enim cõ-
sumpti sunt anni no-
stri: & quia uehemẽter
nobis irasci uidebaris,
conturbati sumus &
inhorruimus.
- 8 Collocasti iniquita-
tes nostras e regione ti-
bi, & peccata, quę nos
pro occultis habuimus,
& in adolescentia com-
missimus, ipsa luce ma-
nifestiora sunt in conspectu tuo.

- deginus, septuaginta ferme anni, & si q̄ uiuidiores sunt, octoginta anni, quæ ipsorū excellentia inter labores & dolores rectius numeraretur, sic subito recidimur & auolamus.
- 11 Quis habet rationē potentis iræ tuæ, æquē excandescentiæ ac furoris?
- 12 Instrue nos ut dies nostros numeremus, & sapientiam illorum in memoria, ut nihil nobis de hac uita magni promittentes, diuinæ sapientiæ studio animum intendamus.

annorū, aut summum octoginta, bene actum nobiscum putabimus: interim illi, qui præcipui sunt inter hos, & tãquam flos ipse huius tam raræ ætatis, & molestijs & laboriosis miserijs pleni, abeunt uelocissimè, & nos toti, uelut alii assumptis, auolamus.

11 Quis uitare unquam nouit potestem iræ tuæ, maxime si à nobis exigas uenerationem maiestati tuæ debitam: & ob eam non satis diligenter præstitã, quantum res ipsa requirat, irasci uolueris.

12 Numerare nos doce ad hunc modum paucissimos dies nostros, & semper habere paucitatem illorum in memoria, ut nihil nobis de hac

- corde cōsideremus
- 13 Redi Dñe nunc tandē, & propicius esto seruis tuis.
- 14 Satiemur citò bonitate tua, ut exultemus & letemur cunctis diebus nostris.
- 15 Letemur pro ratione dierum quibus nos adflixisti, pro annis quibus malū experti sumus.
- 16 Impartire seruis tuis egregia facta tua, & amplitudinem tuam filijs eorum.
- 17 Et sit splendor Domini Dei nostri no-

13 Redi ad solitam clementiam Domine, an nondum satis in miseros nos seuitum uideatur? misereatur tandem te seruorum tuorum.

14 Copiosè et citò summo mane benignitatis tuæ participes effice nos: ut saltem gaudere liceat & letari paucis, qui reliqui sunt, uitæ nostræ diebus.

15 Affice nos gaudio per magnitudinem malorū, quæ diebus & annis superioribus, pessima experti sumus.

16 Appareat seruis tuis salutariter illud redemptionis opus, & reconciliatio diuinæ maiestatis tuæ nota fiat seruorum tuorum posteris.

17 Sic fiat gratiosus &

biscū, opus quoq;
manuū nostrarum
nobis perficiat, o=
pus manuū nostra
rum ille absoluat.

PSAL. XCI.

Qui ha-
bitat in
adiuto-
rio altis-
simi.

- 1** **Q**ui habitat
in penetrali
bus altissimi, et sub
umbra omnipoten-
tis uersatur,
2 Dicit ad Dñm:
Spes mea & secu-
ritas mea deus me-
us est, eoq; fidam.
3 Is enim libera-
bit te de laqueo
uenatoris, & à pe-
ste pessima.

pulchrè fauens nobis
Dominus Deus no-
ster, ut quicquid facere
tentauerimus, efficax
fiat: efficax in quā fiat
Domini beneficio, quic-
quid manibus nostris
attrectauerimus.

XCI.

- Q**uicumq; com-
mittit se prote-
ctioni altissi-
mi, quantumuis occul-
tæ, illius tutelam susci-
piet omnipotēs Deus,
& tutò uersabitur in-
ter pericula uitę huius.
2 Quare & ego persua-
dere mihi audebo de
Domino quodd spes
mea ipse sit, propu-
gnaculum meum, &
Deus meus: ego enim
totum me curę illius
committam.
3 Ipse ergo curabit, ne
incidas tu quisquis illi
credis in illum inuidia-

- 4** Alis suis operiet
te, ut sub pennis e-
ius tutus sis: ueri-
tas & fides eius,
clypeus & umbo
tuus erit.
5 Ut neq; nocte me
tuendum sit tibi à
terroribus, neque
die à uolante sagitta
6 Non à peste quæ
in obscuro grassa-
tur, nō à noxa quæ
meridie uastat.
7 Millia cadent ad
latus tuum fini-
strū, & myriades
ad dexterum, quo-
minus ad te adpropinquetur.

toris laqueum, tutum
te reddet à peste quan-
tumuis pestilente.

4 Alis suis cooperiet te,
& sub pennis illius tutus
eris: nullū scutum nec
ullus clypeus præstare
hoc cuiquā poterit, quā
ipse sua cura præstabit.

5 Protectione illius fiet,
ne metuas, ut res ulla
terrorem incutiat tibi
noctū: neq; timeas si
quis iaculo te petat e-
tiam medio die.

6 A peste, quæ clam
inuadere homines so-
let, & ab ea, quæ de
improviso suborta se-
uie, securus eris.

7 Si prælium ingressus
cum hostibus manus
cōserueris, à latere fini-
stro mille, & à dextro
decem milia corruent,
tu uerò incommodi
nihil accipies.

- 8 *At impiorū mul-
tā uidebis, & in-
spicies tuis ipsius
oculis.*
- 9 *Tu enī Dñe se-
curitas mea es, in-
edito cōstitui asyl-
lum habitaculi tui.*
- 10 *Non temerē ue-
niet ad te malum,
plaga non accedet
tabernaculo tuo.*
- 11 *Angelis enī suis
tua causa præcipi-
et, ut in oībus uijs
tuis te custodiant.*
- 12 *Vt manibus te
batiulent, quo mi-
nus ad lapides lædas
pedes tuos.*
- 8 Quin potius oculis
tuis uidebis præliantē
pro te Deum, & im-
pios poenas dare secu-
rus aspicies.
- 9 M' crito ergo' omnis
fiducia' mea sita est in
te Domine: quisquis
igitur sapiens, Dominū,
qui est supra omnia, ue-
luti tutissimum asylū
ante oculos tibi pro-
pone.
- 10 Quod si feceris, autem
tibi polliceri, qui hæc
scribo, non futurum ut
illud inopinatum ma-
lum te corripiat, uel ul-
la plaga familiam tuā
infestet.
- 11 Mandauit enim an-
gelis suis curam tui, ut
soliciti sint pro te qua-
cumq; iueris.
- 12 Manibus gestabunt
te quoties periculū fue-
rit, ne uel leuiter in la-

- 13 *Super pardos et
aspides incedes,
calcabis leonem et
draconem.*
- 14 *Me enim depit,
ait Dñs, ego quoq;
liberabo eum ac
protegam, quia no-
mē meū agnoscit.*
- 15 *Quum me inuo-
cabit, exaudiā eū:
in angustia adero
illi eximam eum ac
magnificabo.*
- 16 *Longæua etate
saturabo eum, ac
postremò salutem
meam ostēdam ei.*
- 13 illum impingat pes
tuus.
- 13 Per medios leones et
serpentes iter facies fe-
curus: & si insurgere in
te conētur, pedibus cō-
culcabis prostratum le-
onem & draconem.
- 14 Quia me amauit, ab
omni malo immunem
faciam illum: stabilem
& inconcussum illum
reddam, quod charum
illi fuerit nomen meū.
- 15 Implorabit auxilium
meum, & ego uotis il-
lius respondebo, adero
illi ab omnibus pericu-
lis liberabo illum, &
honoratum faciam.
- 16 Longitudine dierum
saturabo illum, & o-
stendā illi quibus mo-
dis beate soleam ami-
cos meos.
- XCII.
- A
- PSAL. XCII

1 **P**ulcherrimū
est celebrare
Dñm et canere no-
mini tuo altissime.
2 Prædicare boni-
tatem tuā sub au-
roram, & ueritatē
tuam noctibus.
3 Decachordo &
cheli, carmine &
cithara.
4 Tu enim Domi-
ne letificas me o-
peribus tuis, & pro-
pter facta manuum
tuarum exultō.
5 Quam præclara
sunt opa tua dñe?
extra modū profunda sunt cōsilia tua.

AEquum est cū
gratiarū actio-
ne laudare Do-
minum, & cantare no-
men tuum o altissime.
2 Cōmemorare sum-
mo manē clementiam
& constantiam tuam
noctibus singulis.
3 Idēq; non uoce solū,
sed & musicis instru-
mentis, decachordo, na-
blo, & citharæ dulci
modulatione.
4 Delectasti enim me
Domine elegantissima
hac operū tuorum ua-
rietate, operibus ē qui-
bus colligi facilitē po-
test omnipotentia ma-
nus tue, oblectabo me.
5 Quam suspiciēda ob-
magnitudinem sunt o-
pera tua Domine, ue-
hementē profunda sunt,
& inscrutabilia nobis

6 Homo imprudēs
non capit, neq; stul-
tus intelligit istud.
7 Quod, cum scele-
rati, sicut fœnum,
germinant, in hoc
floreant oēs faci-
norosi, ut imperpe-
tuum excindātur.
8 Tu autē summus
permanes in æter-
num Domine.
9 Ecce enim hostes
tui domine, hostes
inquam tui perēūt
ac dissipantur om-
nes scelerati.
10 Meum uerò cor
nu redascendet si-

consilia tua.
6 Vir stolidus nihil ho-
rum intelligit: neq; stul-
tus cōsiderat in his na-
turæ miraculis omni-
potentiam Dei.
7 Quod uirere uideā-
tur impij sicut gramē
terræ, & florere pluri-
mi homines scelerati,
non hoc felicitatis illo-
rū putādū est, sed dam-
nationis perpetuæ ar-
gumentum.
8 Tu autem es excel-
sus super oēs, erisque
perpetuū Domine.
9 Quare præter expe-
ctationē eueniet hosti-
bus tuis Domine: præ-
ter expectationē, qui
nunc florere uidentur,
funditus peribunt: sub-
uertent sese sceleribus
suis, quotquot sunt ho-
mines scelerati.
10 Interim tu simile fa-
cies cornu meū cornu

cut monocerotis,
& seniū meū præ
succo uirescet.

11 Quod hostium
meorum, & insur-
gentium in me ma-
lignorum malum,
inspiciet oculus
meus, et auris mea
percipiet.

12 Iusti uerò ger-
minabunt instar
palme, & sicut
Cedrus Libani frō
descend.

13 Plantati domi Domini, in atrijs Dei
nostri florebut.

14 Quin in senectute germinabunt suc-
culenti & floridi facti.

monocerotis: iam nunc
perfulus mihi uideor
oleo fragrantissimo.

11 Videbit enim oculus
meus in meis, qualia
quissquā optaret in ho-
stibus suis: & de insur-
gentibus in me scclera
ris audient aures meæ.

12 Iustus quemadmo-
dum palma florebit, et
sicut cedrus in Libano
in altum succrescet.

13 Qui plantati sunt in
domo Domini, in a-
trijs Dei nostri flores
suos proferent pulcher-
rimos.

14 Itaq; fiet, ut ualen-
tes sint in senio, bene
habiti & uirentes.

15 Quo palam fiat
quàm æquus est do-
minus petra mea,
& iniquum nihil
est apud eum.

PSAL. XCIII.

1 Domine rex q
D magnificè in-
dutus es, amicus
Domine ac forti-
tudine cinctus: or-
bem sic firmasti ut
moueri nequeat.

2 Iam inde ab ex-
ordio constitutum
est solium tuū, ab
æterno tu es.

3 Ecce extollunt flumina Domine, ex-
tollunt flumina uocem suam, attollunt

15 Vt palam fiat æquū
esse Dominum, qui in-
star rupis est mihi, &
ab omni iniquitate
quàm alienissimus.

XCIII.

1 Dominus regnā Domi-
di prouinciam nus re-
suscepit maie- gnauit
gnauit decorē
decorē indutus
indutus est.

2 Stabile est regnum
solij tui, & fuit ante cō-
stitutionē mūdi, & ab
ipsa cōstitutione usq;
in perpetuum ipse ille,
qui semper fuisse eris.

3 Exaltauerunt flumi-
na Domine, exaltaue-
runt flumina strepitus

flumina fluctus suos.

4 At sonitu aquarū immaniū, nimis aquarum uehementissimis, potentior est Dñs qui in excelsis habitat.

5 Quæ tu enim te status es, super domo tua pulchra et sancta, uera & firma permanebunt dñe usq; in æternū.

PSAL. XCIIII.

Deus ultionum Dñs, deus ult.

Domine Deus iudex, deus ultor honorificare.

2 Euehere o iudex orbis, & redde su

suos, & exaltatura magis uidebantur fluctus suos.

Verū dñs cōpescuit eos omnipotentia sua: aquis quātūuis multis imo & ualutissimis fluctibus maris potentior est Dominus altissima quæq; possidens.

Quæ pollicitus es, optima fide p̄stita sunt domui tuæ, quā eleganter exornasti sanctimonia Domine, q̄ duratura est perpetuo.

XCIIII.

1 Quid potestatem habes uiciscendi iniurias tuorū Dñe, qui potestatem in quā habes Deus cōspicius appare.

2 Sustollaris quæsumus in altū, & solium tuū cōscendas, qui iudex es uniuersæ terræ, & redde, quod me-

perbis digna.

3 Quousq; impij Dñe, quousq; impij triumphant?

4 Quousq; loquuntur, fabulatur, atq; differūt friuola omnes flagitiosi?

5 Quousq; populum tuū cōmolunt, & hereditatē tuā adfligunt?

6 Viduā & aduenā occident, & pupillū trucidabunt?

7 Et dicunt, nō nouit Dominus, &

8 Accipite igitur imprudentes de populo,

rentur, superbis.

3 Quousq; impij Domine, quousq; impij exaltabunt?

4 Sceleratus illorum animus erūpet in uerba, & loqui eos coget fastuose, prædicabunt sese, & sua scelera iactabunt homines hi peccatissimi & numero plurimi.

5 Populum tuū Domine atterere conabuntur, & patrimonium tuum affligent.

6 Viduam & aduenā occident, & interficiēt pupillos.

7 Peruadebunt sibi nō habiturū te horum rationē Domine, nec consideraturū te quū Deus sis Iacob.

8 Intelligite tādē, q̄

Deus Iacob nihil horum intelligit.

- et stulti tandem sapite.
- 9 Num is qui aures conseruit non auditurus est? aut qui oculum finxit, non uisurus?
- 10 Num qui gētes erudit, non corripit? quicq; homines docet scientiā?
- 11 Domino itaq; p̄specta sunt humana consilia, nempe quod uana sunt.
- 12 O felicem uirū quē tu doces Domine, et quem lege tua firmas.
- bestijs non multo estis præstantiores in populo, stolidi quando res piscetis?
- 9 Qui uestris capitibus affixit aures, & facultatē dedit audiēdi, surdus ne erit ille, nec audiet quicquam? & qui oculos uobis in fronte aptauit, ex p̄rs ne esse poterit uidendi?
- 10 Qui docet etiā ethnicos lectari quod rectū est, an non supplicium sumet de uobis transgressoribus? ille in quā, qui docet homines prudentiā, & ueluti insculpsit animis illorū, hæc relinquet inulta?
- 11 Dominus nouit omnia, quæ quicuis cogitat homo, quā uana sint & inefficacia.
- 12 Quare felix ille est uir, quē tu erudire, & tua doctrina imbueret

- 13 Ut securus sit à periculoso tempore, dum interim lacus impio sodiatur.
- 14 Non enim repellet Dñs populum suum, et hereditatē suā non deseret.
- 15 Sed ad iustitiæ normam restituet iudiciū, atq; eū seclabuntur omnes qui recto sunt corde.
- 16 Quis auxiliū ferat mihi aduersus malignos? aut quis consistat mecū aduersus sceleratos?
- 17 Nisi Dñs auxili-
- dignaberis, seruator omnium Domine.
- 13 Præbebit enim illi requiem ea disciplina temporibus periculosis, quoad impio sodiat louca ex qua nunquam emerget.
- 14 Non abijciet Dominus populū suū, neq; hereditatē suā despiciet unquam.
- 15 Futurū est enim ut iustitia cōiungatur cū iudicio, & iudices quod iustum est iudicent, sequanturq; illud uicti, qui integro sunt animo.
- 16 Utinā exurgat quisquam mecū aduersus homines perditos, utinam se quisquā mecū opponat his sceleratissimis hominibus.
- 17 Nisi Dominus auxilio fuisset mihi, perissem: parū em absui,

liator meus esset,
iam pridem habitaret
apud inferos anima
mea.

18 Nam si quando
dicerem, lapsus est
pes meus, sustentabat
me bonitas tua
Domine.

19 In multitudine
cruciatuum meorum
internorum, solatia
tua reficiebant
animam meam.

20 Num tibi quicquam
comune est cum
solio scelerati,
qui afflictionem fingit
pretextu legis?

21 Concurfant aduersus
animam iusti, &

quin uita spoliatus
iacuerim in sepulchro.
18 Quoties uidebatur
pes meus uacillare, cle
mentia Domini robur
addebat mihi, & stabi
liebat me.

19 Pro multitudine tri
stium cogitationum mea
rum, quibus intra me
cruciabatur animus me
us, consolationes tue
uicissim exhilarabant
eum.

20 Nunquid comune
tibi quicquam erit cum so
lio & potestate tyran
ni, qui struit caluniam
infantibus, idcirco suo
more, & tanta callidi
tate, ut legitime illud
facere uideatur?

21 Ipsi congregabunt
satellites in perniciem
iusti, hominem inno

sanguinem innocen
tem damnant.

22 Refugium uerò
meum dominus erit,
& Deus meus pe
tra fiducia mea.

23 Et retorquet
in eos malicia eorū,
et propter nequitiam
eorum disperdet illos,
disperdet illos Dominus
Deus noster.

PSAL. XCV.

I Adeste exultemus
domino, iubilemus
petræ salutis nostræ.

2 Cōpaream corā eo cum
gratulatione, et

xium impietatis dam
nabunt.

21 Verum Dominus erit
meus protector, & deus
meus iuxta munitione ar
cis, quæ in altissima
rupe extructa est.

23 Et retorquet in il
los iniquitatem, qua op
presserunt alios ipsi: &
quæadmodum meretur
scelerata uita illorū,
subuertet eos funditus,
subuertet inquam
eos ipse dominus deus
noster.

XCV.

Ia exultemus Venite
nos Dominum exultemus
habere propitium, iu
bilemus ipsum Dño, iu
bilemus nobis ueluti rupem
firmam inaccessam hosti
bus nostris, & auto
rem salutis. Deo.

2 Ante omnia hoc a
gamus, ut placido uul

- psalmis canam⁹ ci.
 3 Dominus enim
 & Deus & rex
 maximus est super
 omnes deos.
 4 In manu illi⁹ tellu
 ris penetralia sūt,
 & montiū robur.
 5 Eius est mare,
 ipse enim condidit
 illud, cōtinens, ma
 nus enim eius for
 mauit eam.
 6 Adeste adore
 mus, flectamus ge
 nua, & supplice
 mus corā Domīno
 factore nostro.
 7 Ille enī est Deus

tu respiciat nos, psal
 mis inuicemus in hono
 rem ipsius.

3 Deus enim magnus
 est Dñs, et rex magnus
 præ omnibus dijs.

4 In cuius potestate
 sunt fundamenta ter
 ræ, & cacumina mon
 tium ab ipso habent
 quod sunt.

5 Cuius est mare, ipse
 enim fecit illud, & ter
 ram iussit extare om
 nipotentia sua extra
 mare.

6 Eia uenite igitur ut
 unā adoremus, & sup
 plices efficiamur: & ge
 nua flectamus ante do
 minum autorem uitæ
 & salutis nostræ.

7 Ipse enim Deus est
 noster, nos autem po
 pulus, q̄ pabulo ipsius
 uisitamus, & ueluti
 grex ouium curæ &
 omnipotentie illius

- noster, nos autem
 populus pascuæ e
 ius, et grex manus
 eius, dummodo uo
 ci eius omni tempo
 re pareamus.
 8 Nolite obdurare
 cordibus uestris si
 cut in iurgio, sicut
 in rebellionē, in so
 litudine facta.
 9 Vbi me excutie
 bāt patres uestri,
 p̄babāt me & ui
 debāt opera mea.
 10 Quadraginta
 annis pert̄sum est
 me nationis huius,
 ita ut dicerē, Popu
 cōmisi: hodie igitur si
 uoci eius auscultaueri
 tis, & agere prudenter
 uolueritis:
 8 Non obdurabitis
 cor uestrum, sicut olim
 tempore contentionis
 in deserto obmurmura
 uerunt cōtra me: &
 periculum fecerūt tam
 ne potēs essent Deus,
 ut libidini eorum satis
 facere possent.
 Ibi enim tētauerūt
 patres uestri, an pos
 sem suppeditare illis,
 quibus opus habebāt:
 explorare conati sunt
 quantum possem ego,
 quāuis uidissent ope
 ra plurima diuinitatis
 mee argumenta ma
 nifestissima.
 10 Quadraginta annis
 ueluti his mihi fuit cū
 illo hominum genere,
 & dixi asidue, popu
 lus hic desipit manifeste.

lus iste toto corde
errat, nō em̄ agno
secabant uias meas.

11 Per iram ergo
meam iuravi super
eis, quod nō ingres
suri essent in re
quiem meam.

PSAL. XCVI.

1 Cantate
Dño can
ticum no
uum.
Cantate Domi
no carmē no
uum, cane domino
uniuersa terra.

2 Canite Domino
& collaudate no
men eius, predicat
te omni tempore saulem eius.

3 Memorare apud gentes gloriā eius,
apud omnes populos miracula eius.

ste, & aberrat turpissi
mē: uerūm ipsis nihil
eorum, quā ego dice
bam, curā erat.

11 Quare quū finē in
saniendi nō facerent,
iuravi iratus, me non
introduciturum illos in
locum illum quietissi
mum, in quē perduce
re decreueram.

XCVI.

1 Cantate Domi
nū carmine no
uo, cantate Do
minum quotquot in
colitis terram.

2 Cantate Dñm & ce
lebrate nomē eius, pre
dicare de die in diē sa
lutem, qua seruati estis
beneficio ipsius.

3 Narrare exteris na
tionibus maiestatem

4 Quoniam ma
gnus est Dñs, &
supra omnē laudē,
formidabilis etiam
est supra oēs deos.

5 Omnes enim dij
gentiū statuē sunt,
Dominus autē coe
los condidit.

6 Gratulatio &
magnificētia apud
eum sunt, potentia
& maiestas in san
ctuario eius.

7 Tribuite dño tri
bus gentiū, tribui
te domino potentiā
& fortitudinem.

8 Tribuite omnipo

ipius, uniuersis q̄ usq̄
habitat populis stupen
da opera illius.

4 Magnus est em̄ do
minus, & omni laude
maior: metuendus etiā
illis omnibus, q̄ usquā
habentur pro dijs.

5 Omnia enim, quae
reliquae nationes ha
bent p̄ dijs, nihil sunt:
Dominus autem est, q̄
coelos fecit.

6 Quicquid usquā est
magnificum & deco
rum, est in cōspectu il
lius: potentia & ingens
gloria illius reuertet in
ipsis coelis, quos sibi p̄
habituculo peculiariter
delegit.

7 Quare tribuite Do
mino quotquot estis
familiae populorū, tri
buite in quā Domino
maiestatē & omni po
tentiam.

8 Tribuite dño eam

tentiã nomini Do-
mini: corripite mu-
nus, & uenite in
atria eius.

9 Adorate Dñm
pompa sancta: re-
uereatur faciẽ eius
uniuersa terra.

10 Et ualgate in gen-
tes, Dominus re-
gnat: Dñs q̄ firma-
uit orbẽ, ut moueri
nequẽat: Dñs qui
per æquitatẽ iudi-
cat populos omnes.

11 Latentur cœli, gestiat terra, reboet
mare, & quicquid in eo est.

12 Exultet ager & quicquid in eo est:
exultet omnis arbor siluarum.

maiestatẽ, quæ respon-
det nomini ipsius: arri-
pite munera, & ppe-
rate ad arria ipsius.

9 Prosterne uos ante
Dñm, ueneratu-
ri magnificẽ sanctam
maiestatẽ illius: metui-
te ab ipso quotquot
habitis in terra.

10 Narrate exteris na-
tionibus Dñm, qui su-
scipisse regnandĩ pro-
uinciam: quare stabili-
setur orbis, nec uacil-
labit amplius.

11 Letabitur cœlum,
& exultabit terra, exi-
liet præ lætitiã mare
cum omnibus quæ in
ipso sunt.

12 Exultabũt cãpi, gau-

13 Ante Dominum
cum ueniet, ueniet
enim ad iudicandũ
terram, ad iudican-
dum orbem cũ iu-
stitia, & populos
cum ueritate.

PSAL. XCVII.

1 Dominus re-
gnat, gaude-
at tellus, et ifularũ
multitudo læretur.

2 Nubes et caligo
circũ eũ sunt, iusti-
tia et æquitas sunt
fulcra solij eius.

3 Ignis ante ipsum
procedit, ut inflam-
met circumquaq; hostes eius.

debunt arbores un-
uersæ in syluis ipsis.

13 Propter dominum
quod aduenerit: quod
aduenerit in quã iudex
futurus ipsius terre. ut
dicabit em orbẽ terræ
secundum iustitiam, et
populos optima fide
gubernabit.

XCVII.

1 Dominus regni
gubernacula su-
scipere digna-
tus est, exulter terra,
gaudeat insule nume-
ro plurimę.

2 Nubes & caligo cir-
ca illum in terrore ma-
lorũ, iustitia autem &
æquitas firmamẽtum
sunt throni ipsius.

3 Ignis ipsum præce-
det: & flamma undi-
que uastabit hostes il-
lius.

Dñs re-
gnauit,
exultet.

- 4 Fulgura eius or
bē illustrāt, pauet
ac mouet terra.
- 5 Mōtes instar cæ
ræ diffluunt à præ
sentia domini, à cō
spectu Domini uni
uersæ terræ.
- 6 Annunciant cœli
iūstitiā eius, & ui
debunt oēs populi
maiestatem eius.
- 7 Erubescant autē
oēs qui idolis ser
uiunt, inq; dijs suis
gloriātur, & ado
rent eū omnes dij.
- 8 Hæc cum audiet, letabitur Zion, &
exultabunt filix Iuda propter iudicia

Lucere facient fulgur
ra eius orbem, senlit
& expauit præ fulgur
rum multitudine ipsa
terra.

Mōtes tanq̄ cæra
soluti sunt, & præ me
tu apud se nō fuerunt
propter præsentia dñi,
præsentiam inquā dñi
uniuersæ terræ.

T estati sunt cœli in
iūstitiā illius: & uiderunt
uniuersi populi maie
statem illius.

P udefiāt quotquot
colūt sculpitile, qui pla
cent sibi cultu rerum
nihilī: quin potius ipsi
prosterne uos ante il
lum, quotquot estis uf
quam, qui pro dijs ho
minum stultitiam ha
beminī.

Audiuit & gauisa est

- tua Domine.
- 9 Quoniā tu Dñe
altissimus es super
omnē terrā, in im
mensum erectus es
supra oēs deos.
- 10 Qui diligitis dñm
odio habete mali
tiam, ille enim custo
dit animas seruo
rum suorū, & de
manu impiorum li
berat eos.
- 11 Per illum lux in
nocēti inseritur, et
gaudium, qui inte
gro sunt corde.
- 12 Letemini iusti in Domino, & gratu
lemini in cōmemoratione sanctitatis eius.

Sion, & exultauerunt
filix Iudæ, propter iu
dicia tua: q̄ impios ter
roribus examinas, &
pios exhilaras Domi
ne.

Tu certe supra uni
uersam es terrā, & po
testatē habes in omnia
infinite modis ob hæc
miracula prælatus es
altijs uniuersis dijs.

Qui amatis domini
odio habete malitiam:
ipse est enim, q̄ animas
sanctorum suorū custo
dit, & à tyrannide im
piorū eripiet illos.

Lux orta est iusto: &
animo cādidiis lætitia.

Gaudete iusti uos do
minum habere propiti
um, & gratias agite
cū ueneratiōe sanctissi
mæ maiestati illius.

SPAL.XCVIII.

¹ Cantate
dño caudi
cū nouū.

Canite Domini
no carnē no
uū quia admirāda
fecit, salutari dex=
tera sua, & bra=
chio suo sancto.

² Notam fecit Do
minus salutem suā,
& in gentium ocu=
lis reuelauit iusti=
tiam suam.

³ Memor fuit bo
nitatis ac ueritatis
sue erga domum
Israēlis, ut omnes
fines terræ uideāt
salutē Dei nostri.
ius autor nobis fuit ipse noster Deus,

XCVIII.

Cantate domi=
num nouo car=
minis genere:
ipse enim præbet argu=
menta scribendi noua
plurima, admirāda nā
que sunt, quæ iam re=
cens designauit: uictori=
am enim peperit si=
bi sua ipsius dextera
manu, & brachio san=
ctissima maiestatis sue

² Sic egit dñs cū suis,
ut notū esset oibus ui=
ctoriā illā salutiferā ef=
se ab illo: palam em̄ ui=
dentibus inimicis argu=
menta redidit iustitiæ
sue.

³ Memor fact⁹ est mi=
sericordie sue, et fidei
in præstandis, quæ pro=
miserat Israēli: uide=
runt quotquot habi=
tāt usquā in ultiis angu=
lis terræ eā salutē, cu=
ius autor nobis fuit ipse noster Deus,

⁴ Iubilet dño uniuersa
terra, plaudat,
exultet ac psallat.

⁵ Psallite Dño ci=
thara, cithara uo=
cē psalmi iungite.

⁶ Psallite tubis &
uoce buccinæ, iubi=
late corā rege Do=
mino.

⁷ Reboet mare &
quicquid in eo est,
orbis cum habita=
toribus suis.

⁸ Flumina plaudāt
manibus, simulq;
mōtes exultent.

⁹ Coram Domino
quū ueniet ad iudi=
cā

Iubilate in honorē
domini quotquot ha=
bitatis in terra: subla=
ta uoce canite, exulta=
te & psallite.

⁵ Psallite in honorē
domini cithara, sed ad
lubita ad citharam mo=
dulatione uocis.

⁶ Sonate taratāris et
dangite tuba: iubilate
quātū potētis propter
aduentū inignis huius
regis, qui dominus est
omnium.

⁷ Sirepitum edat præ=
gandio mare, & pisciū
multitudo innumera,
obliuiscar.

6 Concubia nocte 7 Socius sum ego & a-
surgo, ad laudan- micus omnium illorū,
dum te propter iusta qui uenerantur te: &
iudicia tua.

7 Socius sum omnium timentium te,
& custodientium præcepta tua.

8 O Domine, cuius
bonitate uniuersa
terra redundat, do-
ce me mādāta tua.

1 Benefacito Domi-
ne seruo tuo iuxta
uerbum tuum.

2 Bonum, discipli-
nam, & scientiam
doce me, quoniam
præceptis tuis fi-
dem habeo.

3 Priusquam adfli-
gerer delinquebā,
nūc autem eloquiū
tuum custodiam.

4 Natura bonus es, per eam ergo boni-
tatem doce me mandata tua.

qui seruant mandata
tua.

8 Benignitate tua dñe
plena est terra: quare
præcepta tua doce me.

Thet.

1 Bene egisti cum ser-
uo tuo Domine, & iux-
ta promissa tua.

2 Utilitatem quæ est
in cognitione legis tue
doce me: mādatis enim
tuis maximam inesse
uim firmissimè credi-
di.

3 Priusquam diligen-
ter auscultarem ad mā-
data tua, sepe aberrau-
i: nunc autem atten-
tior factus, uerbis tuis
parebo.

4 Benignus es tu, doce
quæso me intelligen-
tiam mandatorum tu-
orum.

Bonitate
fecisti cō-
ser.

- 5 Offerunt mihi ⁵ quidē superbi mendacium, ego autem toto corde serua= bo præcepta tua.
- 6 Crassum est uelut adeps cor corū, ego tamen legē tuam meditabor.
- 7 Euge mihi qđ ad flictus sum, quo mā data tua didicerim.
- 8 Dulcior est mihi lex oris tui, quā infinitus modus auri uel argenti.
- 1 Manus tuæ fecerunt me, da mihi intelligentiam ut discam

Excogitauerunt aduersum me mendacium superbi, uerū ego toto pectore incumbēbā in hoc, ut seruarē mandata tua.

Impinguatum est & stupore ueluti a ruina obductum cor illorū, ego uerō doctrina tua oblectatus sum.

Vtile fuit quod rebus aduersis non nihil afflictus fuerim: hoc enim in causa fuit, ut studiosius discere cuperem mandata tua.

Gratior est mihi doctrina oris tui, quā uel auri uel argenti pondo mille.

1 Iod.

Manus tuæ fecerunt me, & maximo officio absoluerunt: da

Manus tuæ fecerunt me.

- præcepta mea.
- 2 Ut cum uideant me, qui te timent, letentur, quod uerbo tuo fidam.
- 3 Equidē scio Dñe quod iusta sunt iudicia tua, nam ex fide adiuuas me.
- 4 Bonitate igitur tua consolare me iuxta sermonē seruo tuo factum.
- 5 Occurrant mihi clementiæ tuæ ut uiuā, lex enim tua meditatio mea est.
- 6 Confundantur superbi qui mendaciter mecum agunt, ego autem præcepta

quæro eam mihi meritum, ut discere possim intelligentiam mandatorum tuorum.

Tunc enim cultores tui uidebūt me & gaudebunt, quod in promissionibus tuis posuerim spem meam.

Noui domine quod iustissima æquitas sint iudicia tua, & merito afflixeris me.

Verum sit quæro tandē malorum fati, & pro tua benignitate cōsolare me: id enim promissisti seruo tuo uerbis tuis.

Adueniant misericordiæ tuæ, ut reuiuicam: doctrina enim tua uehementer oblectat me.

Infames fiant superbi, qui sine causa uexa

tua mediter.

7 In gratiam autem redeant mecum, qui te timet, quiq; nouerunt contestationes tuas.

8 Sit cor meum integrum in preceptis tuis, ut ego non pudeam.

1 Deperit anima mea salutem tuam, uerbo enim tuo fido.

2 Depereunt oculi mei sermonem tuum dicendo, quando consolaris me?

3 Sum enim sicut uter in incendio, prae-

nerunt me teo interim exercebo me in mandatis tuis.

7 Cōueniāt apud me, qui reuerenter colunt te, & qui nouerunt ad monitiones tuas.

8 Fiat animus meus purus mandatis tuis, ut nunquam pudore confundar.

1 Vix amplius est apud se prae desiderio salutis, quam expectat anima mea abs te: promissis tamen tuis non diffidam.

2 Anxie cupierunt oculi mei uidere quod promissisti: quoties dicebam, quando tandem consolaberis me?

3 Quauis similis esset cutis mea utri fumo in rigas contracto, mandatorum tamen tuorum

cepta uero tua non obliuiscor.

4 Quot sunt dies serui tui? quando ultionem capies de persecutoribus meis?

5 Superbi enim, qui secundum legem tuam non ambulāt, foderunt mihi foueam.

6 Omnia praecepta tua uera sunt et fidelia. Mendaces persequuntur me, adiua me.

7 Ferme funditus perdidierunt me in terra, attamen praecepta tua non desero.

8 Pro bonitate tua uinifica me, ut seruam contestationem oris tui.

non fui oblitus. Quot adhuc reliqui sunt dies seruo tuo: quando tandem de his, qui persequuntur me, supplicium fumes?

5 Foderunt in perniciem meam foueas superbi: uerum id non docuerat eos doctrina tua.

6 Vniuersa mandata tua fidei plenissima sunt: quare, quum sine causa persequantur me, auxilio sis mihi tu,

7 Tantum non prostrauerunt me in terram, ego tamen non deserui praecepta tua.

8 Pro benignitate tua in uita conserua me, ut custodire possim doctrinam oris tui.

1 Verbum tuum
In æternum do- mine. Domine cum cœlis
 imperpetuū cōstat
2 Veritas quoq;
 tua per omnem po-
 steritatem, perinde
 ac tellus abs te cō-
 dita, durabit.
3 Iuxta ordinatio-
 nem tuam cōstant
 in æternum, nā om-
 nia seruiunt tibi.
4 Nisi lex tuum
 solatiū meū esset,
 iam in adflictione
 periissem.
5 Nunquam igitur
 obliuiscar manda-
 torum tuorū, ipsis enim refocillas me.

Lamed.
1 Perpetuū dñe quic-
 quid unquā fieri uolui-
 sti, stabile erit in cœlis.
2 In generationem &
 generationem constan-
 tia tua in promissis du-
 rabit: stabilem esse uo-
 luisti terram, & stabili-
 lis erit.
3 Quibus modis unū-
 quodque subsistere uo-
 luisti, usque in hodiernū
 diem subsistit: omnia enim
 obediunt imperio tuo.
4 Nisi doctrina tua re-
 creasset me, tum in ce-
 rore periissem, quum
 affligerer tam periculo-
 se.
5 Nūquam obliuiscar
 mandatorum tuorum:
 per ea enim seruasti ui-
 tam mihi.

6 Tuus sum, salua
 me, quoniam præ-
 cepta tua inquirō.
7 Insidiantur mihi
 scelcrati ad per-
 dendum me, sed
 cōtestationes tuas
 mecum reputo.
8 Omnia quæ facta
 sunt, finem habitu-
 ra uideo, sed præ-
 ceptum tuū omnē
 finem excedet.
1 Ut legem tuam
 amo? quæ unica
 cogitatio mea est omni tempore.
2 Mandatum tuū prudentiorē fecit me
 hostibus meis, semper enim mecum est.

6 Tuus per omnia sum
 ego, serua me: mādāta
 em tua scrutatus sum.
7 Expectantes obser-
 uauerunt impij me ut
 perderent, sed ex con-
 stitutionibus tuis intel-
 ligam, quid facere con-
 trā oporteret me.
8 Nihil tam absolutū,
 cuius non uiderim in-
 teritum, præter latissi-
 mē se extendens mā-
 datum tuum.
1 Mem.
 Quam amauī legem
 tuam, toto die ipsa fuit
 occupatio mea.
2 Inimicis meis pru-
 dentiorē fecisti me
 mandatis tuis, nec un-
 quam finam me aucl-
 li ab illis.

Quomo-
 do dilexi
 legē tuā
 domine.

- 3 *Supra oēs præceptores meos cautus factus sum, quia contestationes tuæ cogitatio mea sūt.* 3 *Vniuersis, qui me docere conati sunt, prudentior euasi, id est propter iugem constitutionum tuarum meditationem.*
- 4 *Supra senatores intelligens sum, quia mandata tua obseruo.* 4 *Ipsos senes prudentia superauit, quod mandata tua custodirem.*
- 5 *Ab omni uia mala reuoco pedes meos, ut custodiam uerba tua.* 5 *Ab omni semita mala auerte pedes meos, ut custodire commodius possim uerba tua.*
- 6 *A iudicijs tuis non recedo, tu enim dux meus es.* 6 *A iudicijs tuis non recessi: tu enim docueras me.*
- 7 *Quam dulcia sunt faucibus meis eloquia tuas: supra mel sunt ori meo.* 7 *Quam fuerit suauis palato meo uerba tua: certe magis quam ori mei ullum esse possit.*
- 8 *Præceptorum tuorum intellectum habeo, hinc odio prosequor omne iter mendacij.* 8 *Præceptis tuis prudens factus: quare & odio*

- prosequar omnem semitam mendacij.* Nun.
- 1 *Verbum tuum lucerna est pedibus meis, & lumē gressui meo.* 1 *Instar lucernæ fuerunt pedibus meis uerba tua, & ueluti lux iuxta semitam mihi.* Lucerna pedibus meis.
- 2 *Iuravi & cōstitui seruare iusta iudicia tua.* 2 *Iuravi & petiisti in proposito seruandi, quicquid æquissimo iudicio præcepisti.*
- 3 *Adflictus sum extra modū, tu uerò dñe repara me iuxta uerbum tuum.* 3 *Afflictus sum uehementer dñe, in uita conserua me sicut pollicitus es uerbis tuis.*
- 4 *Promptitudo oris mei, sic oro tibi domine placeat, ut iudicia tua me doceas.* 4 *Pias has oblationes oris mei gratatè quæso accipe domine, et iudicia tua doce me.*
- 5 *Anima mea iugiter me admonet, ut legistur tuæ ne obliuiscar.* 5 *Uitam meam ueluti in manu omnibus expolitam porto: doctrinæ tamen tuæ in malis*

6 Impij laqueum ponunt mihi, sed à mandatis tuis non aberro.

7 Hereditas mea sunt cõtestationes tuae imperpetuum, sunt et deliciae cordis mei.

8 Propondit cor meũ ad faciendum præcepta tua. et eternũ, nõ sine causa.

1 Iniquos odio habui. legem tuam amo.

2 pugnator meus esto Domine, uerbo enim tuo fido.

6 tam presentibus non sum oblitus.

6 Expandunt impij rete in perniciem meam, à mandatis tamen tuis ego non aberravi.

7 Põsidere constitui constitutiones tuas tota uita mea: oblectationi enim cordi meo sunt.

8 Accommodaui animum meum ut opere præstem præcepta tua, usque in finem uitæ meæ.

¶ Samech.

1 Sceleratos odio habui: legem autem tuã amaui.

2 Latibulum & scutũ es mihi tu, quare in uerbis tuis totam spem meam collocaui.

3 Recedite à me mali, ut custodiam præcepta Dei mei.

4 Fulcias me sermone tuo ut uiuã, et ne frustreris expectationẽ meam.

5 Sustenta me ut saluus sim, & præcepta tua sine intermissione mediter.

6 Sed conculca uniuersos qui à mandatis tuis aberrãt, fallax enim est dolus ipsorum.

7 Tollis cunctos terræ impios uelut quiq̃lias, idcirco cõtestatiões tuas amo.

8 Horret præ timore tuo caro mea,

3 Recedite à me improbi, ne impedimento stis mihi mandata Dei mei custodire uolenti.

4 Conforta me uerbis tuis ut uiuam, neq̃ frustreris me spe mea.

5 Sustenta me & saluus ero, & oblectabo me mandatis tuis quoad uixerõ.

6 Conculcasti uniuersos, qui recedunt clãnt à mandatis tuis: propterea quodã subdola est cogitatio illorum.

7 Veluti scoriam erassitũ è reliquo hominũ numero omnes impios, qui erant in terra, propterea amaui admonitiones tuas.

8 Sic erassitũ impios, ut

- 3 Præcepta tua nõ
aliter defidero, q̃
cum anhelus spiri-
tum attraho.
- 4 Aspice me &
propicius esto mi-
hi, perinde atq; ijs
qui nomen tuum di-
ligunt.
- 5 Gressus meos di-
rige secundum elo-
quium tuum, ut nõ
regnet in me ulla
impictas.
- 6 Libera me à ca-
lumnijs hominũ, ut custodiã leges tuas.
- 7 Vultum tuum exhibe seruo tuo, &
doce me mandata tua.
- 8 Oculi mei riuos aquarũ emanãt, pro-

Ore meo ueluti hĩa
bã, ut assequerer pru-
dentiam: mandata e-
nim tua uehementer
amaui.

Respice me & mi-
serere mei, quomodo
misereri soles eorum,
qui amantes sunt no-
minis tui.

Fac redãt oĩa studia
mea in ṽba tua, & ne
finas in me dominari
ullam iniquitatem.

Libera me à calũ-
nia hoĩs, ut custodiãre li-
ceat mandata tua.

Fac clarẽ appareat
fauor uultus tui erga
seruum tuum.

Riuĩ aquarum efflu-
xerunt ex oculis meis,

pterea q̃ legẽ tuã
non custodiunt.

propterea quod aliõ
me abũxerint, & nõ
seruauerint legẽ tuã.

T fãde.

1 Iustus es Domi-
ne, et æqua sunt iu-
dicia tua.

1 Iustus es domine, Iustus es
& rectum iudicium domine.

2 Quæ tu mandas
cõtestationes iustæ
et ueræ sunt supra
modum.

2 Adessẽ uolustĩ iusti-
tiam statuis tuis, &
ueritatem ualde.

3 Enecat me ze-
lus meus, q̃ hostes
mei obliuiscuntur
uerba tua.

3 Molestissimẽ tuli,
q̃ cõtempserint uerba
tua hostes mei.

4 Purus est per oĩa ser-
mo tuus ualde, q̃re ser-
uus tuus amauit eum.

4 Eloquium tuum uehementer inflam-
mat, unde & seruus tuus diligit illud.

5 Iuuenis sum ego &
contemptui illis, man-
data tamen tua non
sum oblitus.

5 Ego & si paruus & cõtemptus sum,
præcepta tamen tua non obliuiscor.

6 Iustitia tua iustitia sempiterna est, &

6 Iustitia tua iustitia

lex tua uera. perpetua, & lex tua
stabilis.

7 Tribulatio & angustia cum assue-
quuntur me, iam promissiones tue solantur me. 7 Quoties aduersi alii
quid, & quod me pre-
meret accidisset, man-
datis tuis consolabar
me.

8 Contestationes tuas sempiternas fac me intelligere, ut uiuam. 8 Iustitia comitabit
precepta tua perpe-
tuo, fac ut intelligam
hoc & uiuam.

1 Ex toto corde inuoco, exaudi me Domine, ut mandata tua custodiam. Coph.
1 Implorauit auxilium
tuum toto pectore: au-
di quæso me domine,
ut possim implere mā
data tua.

2 Inuoco ut me salues, & serue contestationes tuas. 2 Clamaui ad te, ser-
ua quæso me, ut custo-
diā ceremonias tuas.

3 Propero maturrimè & inuoco, uerbis enim tuis fido. 3 Ante diluculum eni
gilaui, & clamaui,
quod spes mihi omnis
esset in promissioni-
bus tuis.

4 Maturant oculi mei sub excubiis ad meditandum in eloquijs tuis. 4 Anteuertentur oculi
mihi in uigilijs noctur-
nas, ut excerem me
in uerbis tuis.

5 Vocem meam exaudi pro bonitate tua Dñe, quem admodum soles, uiuifica me. 5 Vocem meā audi, p
benignitate tua, secun-
dum iudicia tua uitam
dona mihi domine.

6 Adpropinquant enim q̄ a lege tua sunt alieni, & iniuria p̄sequitur me. 6 Magno conatu e-
gerunt qui persequun-
tur me, ut scelerata de-
signarent: quare a lege
tua absunt quā rem-
otissimè.

7 Adpropinqua tu Domine, firme sunt enim promissiones tue. 7 Propè ades tu domi-
ne, & omnia mandata
tua æquitas.

8 Ab ipso exordio id noui de contestationibus tuis quod eas fundasti ut sint sempiterna. 8 Ab initio cogno-
ui de admonitioni-
bus tuis, quod perpe-
tuo stabiles esse uolue-
ris eas.

Vide hu militatē meam.
Rcs.

1 *Aspice afflictio-*
nem meā, & eripe
me, legis enim tuæ
non obliuiscor.

2 *Suscipe causam*
meam, & adfere
me, & secundum
eloquium tuum ui-
uifica me.

3 *Longè abest à*
sceleratis salus, nā
legem tuam nō re-
quirunt.

4 *Miseratiōes tuæ*
multæ sunt dñe, p tuo more uiuifica me.

5 *Quantumuis multi sint hostes &*
persecutores mei, à contestationibus tuis
tamen non declino.

1 *Vide afflictionem*
meam & libera me,
quia doctrinæ tuæ nō
sūm oblitus.

2 *Patrocinium susci-*
pe causæ meæ, & redi
me me iuxta uerbum
tuum, ne finas uitam
adimi mihi.

3 *Procul abest ab īpijs*
salus, q̄a mandata tua
nō fuerūt curæ illis.

4 *In finitis modis mi-*
sericors es domine, se-
cundum cōstitutiones
tuas exquisimas uitam
tribue mihi.

5 *Multi sunt qui per-*
sequūtur me, & hostes
mei numero sunt plu-
rimi, à constitutioni.

6 *Quū prauarica-*
tores uideo, q̄ iussa
tua non custodiūt,
totus mcreo.

7 *Vides quòd mā*
data tua exosculor
Domine, p tua er-
gò benignitate ui-
uifica me.

8 *Ab eterno est*
uerax uerbū tuū,
& imperpetuū uni-
uersa iusta iudicia
tua.

1 *Tyranni perse-*
quūtur me insontē,
sed uerba tua reue-
retur cor meum.

2 *Ad eloquia tua perinde gaudeo, ac*

6 *bus tamen tuis nō de-*
clināui.

6 *Aspiciebam praua*
ricatores, et inuasit me
horror propter amen-
tiam illorū, quòd uī-
derē mandata tua non
obseruari ab illis.

7 *Respice misericordi*
ter me, q̄a mādata tua
amaui, domine p tua
benignitate mīserat
te mei.

8 *Caput & summa*
uerborum tuorū sta-
bilitas, perpetuò dura-
bit æquisimum iudi-
cium tuum.

U
Schñ.

1 *Potentēs principes*
persecuti sunt me, quos
non tantopere metui,
quā tūmū ex animo
ne à uerbis tuis disces-
derem.

2 *Plus capio uolupta*
tis ex uerbis tuis, q̄

dum quis in diuitē
 pradam incidit.
 3 Mendaciū odi et
 abominor, sed legē
 tuam exosculor.
 4 Septies per diē
 laudo te, propter
 iusta iudicia tua.
 5 Pax multa est di
 ligētibus legē tuā,
 sed scādālū nullū.
 6 Salutē tuā suspi
 cio Dñe, & præ
 cepta tua facio.
 7 Observat & a
 mat anima mea cō
 testationes tuas uehementer.
 8 Custodiam præcepta & contesta
 tiones tuas, quoniam omnes uie meæ

qui inuenit thesaurum
 maximum.
 3 Mendacium & ua
 nitate odio habui, &
 execratus sum: legem
 uerō tuam amavi.
 4 Septies per diē lau
 daui te, ppter normas
 uiuendi æq̄ssimas præ
 scriptas à te.
 5 Pax multiplex ama
 toribus legis tuæ, nec
 ullum sentient offendi
 culum.
 6 Expectaui salutem
 abs te Domine, & mā
 data tua seruaui.
 7 Custodiuit anima
 mea ceremonias tuas:
 amat enim eas ualde.
 8 Custodiui manda
 ta tua & ceremonias
 tuas: omnes enim uie

coram te sunt.
 ¶
 1 Penetret ad te
 domine deprecatio
 mea, ut iuxta p̄mis
 sionē tuam intelle
 ctum mihi dones.
 2 Perueniat ad te
 supplicatio mea, ut
 iuxta promissionē
 tuam liberes me.
 3 Different labia
 mea gloriam tuā,
 cum docueris me
 præcepta tua.
 4 Alternis canet lin
 gua mea eloquium
 tuū, nam omnia mandata tua iusta sunt.
 5 Adsit mihi auxilio manus tua, quoniā
 meæ notissimæ sunt
 tibi: nec ulla illarum
 latet te.
 ¶ Tau.
 1 Admittatur clamor Appro
 meus in conspectum pinquet
 tuū, imō ad aures usq̄ depreca
 tuas: uerborum tuorū tio mea.
 intelligentiam præbe
 quæso mihi.
 2 Perueniat precatio
 mea usque in conspe
 ctum tuum: & quem
 admodum promittūt
 uerba tua, e malis cri
 pe me.
 3 Loquent labia mea
 laudes tuas, ubi tu do
 cueris me mādata tua.
 4 Cārabit lingua mea
 uerba tua: omnia eñt
 iudicia tua sunt æquis
 sima.
 5 Sit manus tua auxi
 lio mihi: mādata enim

præcepta tua elegi.

6 Desiderio salutis tue domine afficior, et lex tua delectationis meæ sunt.

7 Viuat anima mea ut te collaudet, cum mihi pro tuo more auxiliatus eris.

8 Erro sicut ovis perditus: quære seruum tuum, quia præceptorum tuorum non obliuiscor.

PSAL. CXX.

Ad do-
minum
quum tri-
bularer
clama-
ui.

AD Dominum, cum tribulor, clamo, et succurrit mihi.
Domine libera animam meam à labijs mendacibus, et à lingua dolosa.

tua elegi.

6 Optaui mihi salutem abs te domine: lex enim tua oblectationi ualde fuit mihi.

7 Viuat anima mea, ut laudibus extollere possit te, et iudicia tua robur addant mihi.

8 Aberraui sicut ouicula quæ peritura uidet, require seruum tuum: maudata enim tua non sum oblitus.

CXX.

AD Dñm quum pessime esset mihi clamaui, & exaudiuit me.

Domine libera animam meam ab hoste bilisui & fraudulento.

3 Quid reddat aut addat quis tibi lingua dolosa?

4 Sagittas fortes et acutas, carbones etiam ignitos.

5 Heu mihi, quoniam exilium meum prolongatur, habitatio inter tabernacula tristium.

6 Fastidio adficit animam meam habitatio inter pacis osiores.

7 Ego enim cum pacem meditor, isti bellum adornant.

PSAL. CXXI.

3 Quantum putas nocet tibi lingua fraudulentas?

4 Profecto quantum uille sagittarum, quas iaculatur fortissimus, quicquæ uir arcu, easque acutas, quarum acies interuolandum tantum concipiunt ardoris, quantum habere solet carbones iuniperorum.

Malè agitur mecum, quod exulem in Mesech, & habitare cogar in tabernaculis Cedarum.

6 Longa uidetur anime meæ mora, qua inuitus desineor inter eos, qui pacis sunt osiores.

7 Mihi nil magis erat cordi quam pax, ad quam si hortabar eos, non solum non amplectebatur eam, sed bellum potius inferre conabantur.

CXXI.

1 **O**culos meos
 Leuavi
 oculos me
 os in.
 2 **A**uxilium meū a
 Domino, qui fecit
 cœlum & terram.
 3 **N**ō dat ut mouea
 tur pes tuus, neq;
 dormit custos tuus.
 4 **N**ō dormit, &
 nō stertit Israëlīs
 custos.
 5 **C**ustos enim tuus
 Dominus est, um
 bra tua, quiq; de
 xtera tua ducit te.
 6 **V**t per diem sol
 non urat te, neq; luna in nocte.

1 **C**ircumferebam
 oculos meos ue
 luti stās in mōte
 sicundē uiderem forte
 ferri suppetas mihi.
 2 Verūm deprehendī
 nullū esse mihi speran
 dū auxilium, nisi a so
 lo domino, qui autor
 est cœli & terræ.
 3 Ille enim non sicut
 uacillare pedes tuos,
 nec dormiet unquam
 custos ille tui.
 4 Profecio neq; dor
 miet unquā, neq; uel
 leuiter obdormiscet, q
 curat Israëlēm.
 5 Bono animo sis, do
 minus curat te & tua:
 erit instar umbracolī
 tibi ad dexterā manū
 adstans assidue.
 6 Hoc umbraculo fiet
 ne ardor interdiu læ
 dat te, neq; luna frī
 gore suo noctu.

7 **D**ominus custodit
 te ab omni malo,
 custodit aīam tuā.
 8 **D**ominus custodit
 exitum, & introi
 tum tuū, hinc usq;
 imperpetuum.
 7 **D**ominus curabit ne
 ullum malum infestet
 te: curam enim geret
 animæ tuæ.
 8 **D**omino curate pro
 spera erit pfectio quæ
 cunq; tua, & reditus
 tuus in patriam, a pri
 ma hora usq; in finē
 uitæ.
 CXXII.
 1 **H**is ego gau
 deo, qui mihi
 dicunt, Eamus do
 mum domini.
 2 **S**tent pedes no
 stri in portis tuis
 Ierusalem.
 3 **I**erusalem quæ cō
 dita es, quomodo
 urbs qualibet nobi
 lissima, cuius ciues in unum cœunt.

1 **G**Audebā ex ani
 mo, quum dice
 rent mihi, in do
 mum domini ibimus.
 2 **S**tabunt pedes no
 stri, in portis tuis Hie
 rusalem.
 3 **I**n portis inquā Hie
 rusalem sic extructæ,
 quemadmodū erat o
 lim quum esset ciuitas,
 ad quam statīs anni tē
 poribus cōfluebat po
 pulus uniuersus, & re
 cipiebatur commodif
 sime.

Lætatus
 sum i his
 quæ.

- 4 In quā ascendunt tribus, tribus dñi, coetus Israëlīs ad confitendū laudem nomini Domini.
- 5 Isthic enim consistit iudiciū solitū, solitū domus David.
- 6 Precemini salutē Hierosolymis, felices sint qui diligunt eam.
- 7 Salua sint uniuersa quæ possides opulenta sit in ædibus tuis.
- 8 Propter fratres & cognatos meos, libens precabor tibi salutem.
- 9 Propter ædem domini Dei nostri bonum tibi queram.

Ed enim proficisci solent tribus, tribus in q̄, & tota turba Israëliti ci populi, ut laudarent nomen domini.

Quo tempore ibi collocabant sedes ad exercenda iudicia, & solitium familiæ David.

Optate pacem ipsi Hierusalem, feliciter eueniant omnia illis, qui bene uolunt & amant eam.

Sit pax, & nemo in festet ualla tua, prospera sint omnia in palatij tuis.

Propter fratres meos & amicos meos optabo etiam nunc, ut omnia prospere eueniant tibi.

Propter domum domini Dei nostri bonum tibi queram.

num tibi queram.

PSALMVS

CXXIII.

1 AD te oculos meos leuo, o cœlorū habitator.

2 Nā perinde atq; ministrorum oculi ad manus dominoꝝ suorum: et quæ ad modū oculi ancillarū ad manus heræ sue: sic oculi nostri ad dñm Deum nostrū intēti sunt, donec misereatur nostri.

3 Miserere nostri dñe, miserere nostri, quoniā saturi sumus multo contemptu.

mini Dei nostri, modo die omnibus prodesse cuperem tibi.

CXXIII.

1 AD te subleuauit oculos meos, o habitator cœlorum.

2 Quemadmodū enim oculi seruorum obseruāt manus dñorum suorum, & oculi ancillæ obseruāt manū domine sue, ut ego labore fatigati cūbum accipiant: ad eundem modum oculi nostri obseruant dominū Deum nostrum, ut ille misereatur nostri.

3 Misereat te nostri domine, misereat in q̄ te nostri: misereat enim & ad nauisam usque repleti fumus contumelia.

Ad te leuauit oculos meos, o habitator cœlorum.

4 Plus satis saturata est anima nostra ludibrio fastuosorum, & superborum uilipensione.

PSALMVS
CXXIIII.

I Nisi dñs à nobis stetit, dic queso Israël,

2 Nisi dominus stetit à nobis, cum insurgerent in nos homines,

3 Iam uiuos deglutissent nos: cum incensa esset ira eorum in nos.

4 Iam uelut aquæ obruissent nos: tanquã

4 Vehemeter & ad faturitatem usque plena est, & cõcoquere intra se cogitur anima nostra insultationem locupletum, & contumeliam hominum uiolenter superborum.

CXXIIII.

I Nisi domini beneficium, qui adfuit nobis, seruati essemus, fateatur ingenuè nunc populus Israël,

2 Nisi domini inquam beneficio, q adfuit nobis, seruati essemus, quo tẽpore insurgebat animo hostili hominum multitudo in nos.

3 Tum uinos deglutissent nos: erant enim furiosissimi & ira maxime accensi in nos.

4 Tum undæ malorũ obruissent nos, & flu-

torrentes susculissent nos:

5 Iam penetrassent ad animã nostram undæ superborum.

6 Gratia Dño, qui nõ obiecit nos prædam dẽtibus eorum.

7 Vita nostra tanquam auicula euasit de laqueo uentium: laqueus enim fractus est, & nos euasimus.

8 Auxiliũ nostrũ in nomine Dñi situm est, qui cœlos fecit & terram.

PSAL. CXXV.

uinus transisset per animas nostras.

5 Tum irãssent inquam per animas nostras, undæ malorum profundissimæ.

6 Omni laude maior dominus, qui non permisit nos prædam fieri dentibus illorum.

7 Quin potius anime nostræ liberatæ sunt, quemadmodũ captus passer, qui præter spem clabitur è reti aucupis: rete enim frangebatur, & quomodo ille auolauit, ita & uos liberati sumus.

8 Fortitudo nostra sita est in fauore & auxilio nominis domini, qui autor est cœli & terræ.

CXXV.

1 Qui con-
fidunt in
dño.

Qui Dominò
fidunt, simi-
les sunt móti Zion,
qui nõ mouetur lo-
co, sed imperpetuũ
fidit.

2 Quemadmodum
montes circũ Ieru-
salem sunt: ita Do-
minus est circũ po-
pulum suũ, nũc &
in æternum.

3 Ne impiorũ sce-
ptrũ immincat sor-
ti iustorũ, quo mi-
nus admoueat ma-
num suam sceleribus, iusti.

4 Benignus esto Domine in bonos &
rectos corde.

Quotquot cre-
dũt se domino
erũt sicut mōs
Sion, qui nunquã tol-
letur de loco suo.

2 Hierusalem mōtes
quidem habet in cir-
cũtu, uerũm illi non
hoc possunt in defen-
sionem ciuitatis, quod
dominus qui adest po-
pulo suo à prima hora
usq; in perpetuum.

3 Quare non sinet se-
dem figere eum, qui
sceptro impietatis ty-
rannidem exerceat in
ea loca, quæ ueluti di-
uina sorte obuenerũt
iustis: ne & iusti ipsi ex-
tendant ad perpetranda
scelera manus suas.

4 Benefac domine bo-

5 Qui autẽ ad ma-
litiã suã auertun-
tur, ducit dominus
inter sceleratos.
Sed Israëlĩ pax sit
& salus.

PSALMVS

CXXVI.

1 **Q**uomodo conuer-
teret Domi-
nus captiuitatẽ Zi-
on, quieti restituti
sumus.

2 Tũc implebatur
risu os nostrũ, &
lingua nostra exul-
tatione: tunc inter
gẽtes etiam diceba-
tur: dominus res magnas cũ illis fecit.

nis, & ius, qui candido
sunt pectore.

5 Illos uerò, qui alijs
præcipitia parant: ire
ipsos p præceps coget
dñe, quæadmodũ hoies
sceleratos æquum est:
trãquillitas autẽ & pax
erit apud Israëlitas.

CXXVI.

1 **Q**uomodo conuer-
teret dñs ab exi-
tio nos, qui ca-
ptiui ex Sion abducti
fueramus: præ gaudio
uisi sumus non assecu-
ti tantum boni, sed so-
mnare.

2 Tum implebatur os
nostrũ risu, & lingua
cãtu: tũ dicebãt gẽtes,
quæ nos captiuos deti-
nuerãt, supra modum
magna sunt & stupen-
da, quæ facit dominus
in gratiam horum.

In conuer-
tendo dñs
captiuita-
tẽ Sion.

3 Et profectio magna fecit dominus nobiscum, id quod nos iuuat.

4 Vertisti Dñe captiuitatem nostrā, non secus quam cū austro flante, torrentes exiccantur.

5 Qui cū lachrymis seminauerant, cum gaudio mesuerūt.

6 Qui ocius abibat, et stens captiui semen proiebat, iam festinus redit, ac letus manipulos suos reportat.

PSAL. CXXVII.

Ita profectio res habet, ut dicitis, magna enim sunt, quæ Dñs nostra causa facere instituit: quare gaudio affecti sumus maximo.

Perge Domine reuocare nos à captiuitate cū eo gaudio & fructu, quo terra sities excipit fluentes per eam riuulos aqua plenos.

In quam, qui ante irrigationem iecerāt semen desperantes propemodum, & cū fletu: illi metent, quæ prouenerunt de improviso cum gaudio summo.

Hi enim solliciti ibāt, & stetes portabant in sterilem illum agrum semen preciosum iacturi: uerūm redeūtes gaudio pleni referent manipulos expeditione sua longe plures.

CXXVII.

1 Nisi dominus sustineat domū, frustra sudant qui eam sustinere satagunt: et urbē, nisi Dominus custodiat, frustra excubat custos.

2 Frustraneum est si postquam quieveritis quæ maturimè surgatis: si dolorū panē ederitis, nisi ille amatis suis somnum concedat.

3 En isti sunt sors, filij, peculium, et nati Domini.

4 Velut iacula in manu herois, sic

1 S I Dominus non extruxerit domū frustra sudabunt laborantes, qui conantur extruere eam: si dominus non custodierit ciuitatem, frustra uigilabit, cui cura incumbit custodiendā eam.

Nihil succedet uobis, etiā si summo mane surrexeritis, & fursum ac deorsum cursantes sedere recula ueritis, non aliter sudantes, quam qui summis laboribus uictum parant: quod enim uos uestro studio frustra perficere conamini, id dominus dabit illi quem diligit, sine negocio.

3 Ecce hæreditas, quæ dominus dat, filij sunt, & præmiū precipuū, fructus uentris.

4 Quanta est uis in fa-

Nisi dominus extruxerit domū frustra sudabunt laborantes, qui conantur extruere eam: si dominus non custodierit ciuitatem, frustra uigilabit, cui cura incumbit custodiendā eam.

adolescentes filij.

- 5 O' beatum qui
ex eis pharetram
suam impleuit, non
enim pudefiēt cum
hostem suū in por
ta alloquentur.

PSALMVS

CXXVIII.

I Beatos om= **O**
Beati oēs qui timēt
dominū. **nes qui Do=**
minū colunt, & in
uijs eius ambulāt.

- 2 Sic enim, quæ la
bore manuum tua
rum paraueris, fru
eris. O beatum &
foelicem te.

3 Vxor tua similis

gittis, quas iaculatur
arcu uir quātumuis for
tis, tanta est in filijs a
dolescentibus.

5 Felix ille uir, qui ple
nam habet pharetram
telis eiusmodi: is enim
non suffundetur pudo
re quotienscunq; con
tigerit illum filijs co
mitatum contendere
cum aduersarijs suis in
porta, & frequentia
populi.

CXXVIII.

Felix ille quisq;
timens est Dei,
& uiuit secundum
præscripta illius.

2 Prosperabitur labor
manuum tuarum quis
quis es talis, & cibum
suppeditabit, quem co
medas: feliciter euent
ent omnia tibi, & di
ues fies.

3 Vxor tua similis erit
uiri fructifera, quæ sepe

est fecunda uiri,
quæ lateri domus
tuæ adhæret: filij
uero tui uelut cōsi
tæ ex ordie oliuæ,
circū mēsam tuā.

4 En hoc modo bea
tus redditur uir,
qui Dominū colit.

5 Sic ditabit te Do
minus de Zion, ut
foelicem uideas Ie
rosolyma per om
nem uitam tuam:

6 Vt simul uideas
filios filiorum tuo
rum, & pacem in
Israëlc.

PSAL. CXXIX.

propagabit per om
nia latera domus, & sicut
lij ni ueluti plantulae
oliuarū cingentes men
sam tuam.

4 Ad hūc profecto mo
dū locupletabitur uir,
qui reueretur dominū.

5 Felicem faciet te do
minus ex Sion, quic
quis talis es: uidebis enī
& particeps fies felici
tatis promissæ ipsi
Hierusalē cunctis die
bus uite tuæ.

6 Uidebis præterea, et
uoluptatem capies ex
filiorum tuorum filijs,
quæ tranquillæ & summa
cum pace uersari con
spicies eos inter Israëli
tas contribules suos.

CXXIX

¹ Sæpe ex
pugnaue
runt me.

Sæpe oppugna
uerunt me à iu
uentute mea, dicat
obsecro Israël.
² Sæpe oppugna
uerunt me à iuuen
tute mea, sed non
superauerunt me.
³ Supra dorsum
meū arauerūt pro
sua libidine, et sul
cos suos duxerūt.
⁴ Iustus autē Do
minus incidit im
piorum funes.
⁵ Ut cōfusi retro
ceserint omnes qui
Zion odio habent.
⁶ Similes facti sunt foeno in tectis, qd,

Vehementer no
cere conati sūt
mihi ab anni s
plurimis. & ueluti ab
ineunte ætate, dicere
poterit merito Israel.
Miris inquam mo
dis nocere conati sunt
mihi ab ineunte ætate,
sed non poterūt sub
uertere me.
³ Dorsō meo tantum
oneris imposuerunt, ut
signa in eo apparue
rint, qualia aratores a
gris imprimere solent,
& ueluti sulcos longos
induxerint.
⁴ Sed Dominus iustus
rupit funes, quibus a
strinxerant impij me.
⁵ Pudesiant, & in fugā
cōuertantur, quotquot
odio habent Sion.
⁶ Fiant similes herbæ
crescenti in tectis do
morum, quæ priusquam

antequā falx strin
gatur, exaruit.
⁷ De quo nec im
plet manum suam
metens, nec sinum
suum in manipu
los colligans.
⁸ Vbi prætereun
tes non bene præ
cantur, dicēdo: Di
tet uos Dñs, bene
optamus uobis per
nomen Domini.
PSALMVS
CXXX.
¹ **E** Profundis in
uoco te Dñc.
² Dñe exaudi uocē
meam: sint aures

in eam magnitudinem
excreuerit, ut demeti
possit, exaruit.
⁷ Qua non dignabitur
manum implere, & do
mum deferre ullus mes
sor: nec sinū is, q̄ præca
rio manipulos à mes
soribus præteritos col
ligere solet, pauper.
⁸ Nec ulli præter eun
tes dixerunt, prosperē
eueniat hæc segetes, do
mini beneficio, uocis
nec digna uisa est cui
quā ut diceret, opta
mus nobis felicitē à dñi
benignitate messem.
CXXX.
¹ **Q**uum tantum
nō obrutus es
sem profundis
simis malorum undis,
tuum auxilium implo
raui o Domine.
² Domine exaudi uo
cem meam, sint quæso
aures tuæ attentæ ad

De pro
fundis cla
maui ad
te.

due attentæ ad uocem querimoniarum mearum.
 3 *Cõmissa enim si imputes Domine, Dñe quis nõ cadet?*
 4 *Sed placabilis es: ut te reuereamur.*
 5 *Spes mea Dominus, quo fudit anima mea, & uerbo eius fidem habeo.*
 6 *Anima mea Domino intenta est ab excubijs matutinis usque ad excubias matutinas.*
 ni tẽpus matutinũ: uigiles in quã, qui somno gratiati, matutinũ expectant tempus, quo dormire liceat ipsis,

lamentabiles precatio nes meas.
 3 Si scelerum, que admissimus, perpetuo memor esse uolueris, & ueluti reposita seruare apud te Domine, subsistere quis poterit?
 4 Quare hoc potius sequere, quod genuinũ est tibi, ut remittas misericorditer peccata nostra, & clementer erigas collapsos, sicque ad sinceram uenerationẽ tuĩ inuites.
 5 Expectaui sedulo do minum, expectaui & anima mea: & quia promiserat se adfuturum, nunquã dubitauĩ, quoniam esset staturus, promisso.
 6 Anima mea ardẽtius expectat aduentũ Domini, quã uigiles nocturni tẽpus matutinũ: uigiles in quã, qui somno gratiati, matutinũ expectant tempus, quo dormire liceat ipsis,

7 *Israël domino fi dat, quoniam multa est apud dominũ bonitas, tum libertas.*
 8 *Ipsẽ enim Israële liberat de omnibus peccatis suis.*
 P S A L M V S CXXXI.
 1 *Domine cor meo, neque extollo oculos meos: nõ uersor in rebus supra me magnificis aut mirificis:*
 2 *Sed pono atque compesco animum meum, quemadmodum ablactatus erga*

Expectet, si sapiẽs, quicuis ex Israẽl dñm: est enim natura miseris cordissimus, & suapte natura ad succurrẽdũ propensissimus.
 8 Quare ipse liberabit Israëlem ex omnibus, quantumuis fuerint uariæ, iniquitatibus eius.

CXXXI.

Domine non fui animo unquã elato, neque oculis nil nisi magna spectantibus: neque ambiui magna, & quæ miris modis eẽnt supra me.
 2 Si non sic cõposui & compescaui animum meum, ne alius sibi uideretur collatus tecũ, quã infans ab uberi bus matris suæ recens

Dñe nõ est exalta tum cor.

matrē suā: animus meus à lacte abstracto similis est.

3 *Israel enim sperat in Dominū hinc usq; in sempiternū*

PSALMVS CXXXII.

Memor esto Domine David. Memen to Domi ne Da- uid.

1 *Memor esto Domine David. Memen to Domi ne Da- uid.*
2 *Ut iurauerit ac uouerit Dño atq; heroi Iacob.*

3 *Non ingrediar, inquam, in tabernaculum domus meæ, neq; ascenda*

depulsus, qui solus fere gressus nō potest, sed matris sustentatur manu: si non ita semper me iudicauī sine tuo auxilio nihil posse, & animam meam eiusmodi infanti similem, frustrer spe mea penitus.

3 Expectet, si sapit, quiuis ex Israel dominum, & p̄deat ab eo, ab hac hora assidue usq; in finem uitæ.

CXXXII.

1 **R**ationem habet domine, idq; in bonum, ipsius David, malos; quæ perpeſsus est plurima.

2 Qui & iuramento sese obstrinxit, & sancte promisit ei, per quē potest quicquid potest Iacob:

3 Se non ingressurum cedes suas, neque

cubile lecti mei.

4 *Non indulgebo somnū oculis meis, neq; palpebris meis soporem,*

5 *Donec parem locum Domino, & tabernaculū heroi Iacob.*

6 *Eum ecce locum audiuius in Ephrata, reperimus in regione saltuosa.*

7 *Introeamus ergo in tabernacula eius, adoremus scabellū pedum eius.*

8 *Surge Domine ad mansionem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ.*

ascensurū lectum suū: Neq; permitturum oculis suis, aut palpebris somnum:

Prusquā inuenisset locum extruendo altari Deo gratum, & tabernacula in uenerationem illius, per quē fortis est posteritas Iacob.

Ecce de improviso inuenimus locum illū in Ephrata: inuenimus inquam illum in campis syluosis.

Eamus ergo in tabernacula, quæ ipse elegit sibi, prosternamus nos supplices ante scahellum pedum illius.

Exurge domine & ueni in eū locum, quē ad hoc elegisti tibi, ut præceteris peculiari-

- 9 *Sacerdotes tui induant iusticiam, et sancti tui exultent.*
 10 *Propter David seruum tuum ne differas aduentum Christi tui.*
 11 *Iurauit enim dominus ipsi David ex fide, quod non mutabit: De semine uentris tui ponam in solum tuum.*
 12 *Si custodierint filij tui foedus meum, & contestationes meas, quas docebo eos, iam et filij eorum imperpetuum in folio tuo sedebunt.*

ter requiescas in eo, ueni inquam tu, & arca, per quam saepe omnipotentia tua apparuit. Sacerdotes tui induant iusticiam, ut sancti tui habeant, quor serui exultent. 10 Propterea quod David seruus tuus ipse orat, ne auertas faciem a Christo tuo. 11 Iuramento astrinxit se Dominus ipsi David, & fidem dedit, quam nunquam uolabit, dicens: de fructu uentris tui collocabo in folio tuo. 12 Si custodierint filij tui pactum meum, & ceremonias, quas docturus sum eos: filios tuorum nepotes, & qui nascuntur illo tempore ab illis, in eodem regni folio propter te sedebunt.

- 13 *Domini enim elegit Zion, elegit eam sibi in domicilium.*
 14 *Haec, inquiens, requies mea erit imperpetuum, hic habitabo, quonia delector ea.*
 15 *Annonam illius amplificabo, & pauperes eius saturabo panibus.*
 16 *Sacerdotes illius induam salute, & sancti eius incessanter exultabunt.*
 17 *Isthic progerminabo cornu ipsi David, et lucerna Christo meo comparabo.*
 18 *Hostes eius amicitiam confusione, su-*

13 Elegit enim dominus Sion, sic amauit eam, ut habitare constituerit in ea. 14 Hic erit inquiens locus ad quietendum mihi perpetuo: hic habitabo, quia amauit eam. 15 Annonam eius copiosissimam faciam egenis qui in ea sunt, cibum ad saturitatem usque suppeditabo. 16 Sacerdotes eius uentis salute, cuius participem facient & plebem, ut sancti tui habeant, quor serui exultent. 17 Ibi florere faciam cornu ipsi David, parauit lucernam Christo meo. 18 Inimicos illius induam pudore & infamia.

per ipso autē flore
bit corona eius.

PSALMVS
CXXXIII.

1
Ecce q̄
bonū, &
q̄ iocun
dum.

1 **E**N quā hō
nesta & iucū
dares est, quū frā
tres unanimiter co
habitāt:

2 Perinde est ac
dum preciosum un
guentum in caput
& barbā Aaron
funditur, ut ad orā
uestimenti eius de
scendat:

3 Sicut ros Her
mon qui descendit in montes Zion: isthic
enim promisit Dominus abundantia, &

miā: in capite autē il
lius fulgebit diadema.

CXXXIII.

Dici non potest
q̄ bona sit res
& suavis, habi
tare unā fratres inter
se concordēs.

2 Suavior erit eorū
cōcordia oleo illo fra
grantissimo, quod fun
di solet in caput, &
defluere in barbā,
barbā inquā ipsius
Aaron, & in oras de
inde uestium illius.

3 Suavior erit rore, q̄
descendit in montem
Hermon: uel rore, qui
descendit in montem
Sion: & illos, q̄ Sion
uicini sunt, ubi consti
tuit dominus insignē
illā munificētiam suā
ostendere, & uitā insti

uitam fore usq; in
sempiternum.

PSALMVS
CXXXIII.

1 **E**N uos omnes
serui Dñi, qui
nocte stationē ser
uatis domi dñi, lau
date Dominum.

2 Sublatis in san
ctuario manib; ue
stris laudate Dñm,

3 Et ditabit uos do
minus de Zion, qui
fecit caelos et terrā.

PSALMVS
CXXXV.

1 **L**audate serui Domini, laudate no
men Domini.

tuere, quē duratura sit
perpetuo.

CXXXIII.

Ela laudibus ex
tollite Dominū
quotquot estis
cultores illius: nunquā
enim satis laudare il
lum poteritis, etiam si
rotas noctes in templo
Domini laudātes per
fiteritis.

2 Leuate manus ue
stras uersus locū sancti
tati illius dicatur: &
quantū potestis, laudi
bus extollite Dñm.

3 E diuerso dominus
ille optime faciet tibi
e Sion, qui autor caeli
est & terrae.

CXXXV.

Laudibus extolli
te nomen domi
ni: laudibus in
Domini.

Ecce nūc
benedici
ce.

Laudate
nomen
Domini.

2 Qui ministratis
domi Dñi, in atrijs
templi Dei nostri:
3 Laudate Domi-
nũ: quia bonus est
Dominus: psallite
nomini eius, quia
iucundum est.
4 Dñs eni elegit si-
bi Iacob, et Israe-
lem in peculiũ suũ.
5 Quoniam ipse
scio quòd magnus
est Dominus, et do-
minus noster super
omnes deos.
6 Quicqd Domi-
no placuit fecit cũ
in coelo & terra,

quã extollite uos, qui
cultores & serui estis
domini.

Qui statis in tẽplo
dñi: & in atrijs estis do-
mus Dei nostri.

Laudate Deũ ser-
uatore: benignus est
enim dominus: quare
psalmos canite in lau-
dem gratiosissimi no-
minis illius.

Elegit em̄ sua spon-
te Iacob sibi seruatore
ille deus, & Israe-
lem, ut sit illi ueluti orna-
mentum quoddam &
gemma preciosa.

Ego certe noui ma-
gnũ esse dominum,
& dominum nostrum
esse potentio-rem reli-
quarum nationũ uni-
uersis nihilĩ Dñs.

Quicquid enim libi
tum fuit unquã domi-
no facere, id factũ est
tam in coelo quã in

tum in mari atque
omnibus abyssis.

7 Adducit nubes à
fimbribus terræ, ful-
gura uertit in plu-
uiam, & uentos de
loculo suo pfert.

8 Qui percussit
Aegypti primoge-
nita tam hominum
quã pecorum.

9 Misit signa &
portenta in medium
tui ò Aegypte, in
Pharaonem & in
omnes seruos eius.

10 Qui percussit gen-
tes magnas, & oc-
cidit reges fortes.

terra, & potestati ha-
bet i ualissima illa ma-
ria, & in oia q̄ usquã
abstrusa latent etiã in
locis pfundissimis.

Qui extrahit nubes
è terra infima parte
orbis, & in aere loco
æditissimo collocat
eas: qui fulgura cũ plu-
uia miscet: & educit uẽ-
tũ è locis abditijs, tan-
quã thesaurorũ suo-
rum repositorijs.

Qui percussit primo-
genita Aegypti, tam
hominum, quã reli-
quorum animalium.

Qui immisit signa
irẽ suę terrificã, & por-
tenta in mediam Ae-
gyptum, quibus Pha-
raonem teruit & oẽs
famulos illius.

Qui percussit gen-
tes numero plurimas,
& reges occidit poten-
tissimos.

- 11 Sichonē Amor-
rhœorū, Og regē
Basan, & omnia
regna Chanaan.
- 12 Et tradidit ter-
ram ipsorū in pos-
sessionem, & hære-
ditatem Israëlī po-
pulo suo.
- 13 Domine nomen
tuum sempiternum
est, Dñe memoria
tui ad omnē poste-
ritatem peruēnit.
- 14 Dominus enim
iudicat populum
suū, & cum seruis
suis redit ī gratiā.
- 15 Idola gentiū argentū & aurū sunt,

11 Scōn regem Amor-
ræorum, Og regem
ip̄ius Basan, & uasta-
uit uniuersa regna
Chanaan.

12 Et dono dedit ter-
ram regum illorū uelu-
ti patrimonium: patri-
monium inquam ip̄i
Israelī, populo chare
sibi.

13 Domine nomē tuū
nunquam in obliuio-
nē ueniet: domine me-
moria tui perueniet in
generationem & gene-
rationem, nec interibit
unquam.

14 Suscipiet dominus
patrocinium causæ po-
puli sui, contra aduer-
sarios: erga seruos au-
tem suos clemētissime
geret se.

15 Statuæ gentiū ni-
hil sunt q̄ argentū &
aurū, quibus artificio

- & opus manuum
humanarum.
- 16 Os illis est, sed
nō loquūtur: oculi
quoq; , sed nō uidēt.
- 17 Aures habēt, sed
non audiunt: naris
quoq; , sed nullus
est spiritus in ore
ipsorum.
- 18 Pares illis sunt q̄
ea faciunt, & oēs
qui illis fidunt.
- 19 Tu uerò domus
Israel collauda do-
minū, domus Aha-
ron collauda dñm.
- 20 Domus Leui collauda Dominum, qui
colitis Dominū, collaudate Dominum.

humano, uel hæc indu-
ctæ est, uel illa forma.

16 Quare os quidē ha-
bere uidentur, sed lo-
qui non poterunt: &
oculos, sed q̄bus nihil
uideant.

17 Aures præterea, q̄-
bus nihil audiant: na-
res quoque sine ullo
uſu, quum nullus ap-
pareat halitus in ore
cuiusquam illarum.

18 Similes fiant statuīs
artifices illarū, & q̄t-
quot spem suā ponunt
in illis.

19 Posterī Iacob laudi-
bus extollite Domi-
nū, posterī Aharon &
uos laudate dominum
sedulo.

20 Posterī Leui lauda-
te dominum: quibus-
cūq; curq; est cultus do-

21 Collaudatus dñs
de Zion qui habi-
tat Ierosolymis.
Laudate Dominũ.

PSALMVS
CXXXVI.

1 Cõfitemi
ni domi-
no qm̃
bonus.

1 **G**ratias agite
Dño, quoniã
bonus, & sempi-
terna est misericor-
dia eius.

2 Gratias agite
Deo deorũ, Quo-
niã sempiterna est
misericordia eius.

3 Gratias agite
Dño dominorum,
Quoniã, et cetera.

4 Qui solus facit

mini, laudibus celebra-
te dominum.

21 **O**mnī laude maior
est dominus ob bene-
ficia exhibita Sion, q
& factus est ueluti ci-
uis & habitator Hie-
rusalem. Halleluia.
CXXXVI.

1 **G**ratias agite, p
acceptis benefi-
cijs dño: æquũ
enim id est, quod du-
ratura sit perpetuo mi-
sericordia ipsius.

2 Gratias agite Deo
ipsorum angelorum,
quod perpetuo dura-
tura sit misericordia
eius.

3 Cũ gratiarũ actione
laudate dominũ domi-
norum omnĩũ, quod
perpetuo duratura sit
misericordia eius.

4 Eum qui facit ad-
miratione dignissima,
sua solius omnipoten-

portenta grandia,
Quoniam.

5 **Q**ui caelos fecit
cũ ratione, Quo-
niã sempiterna est
misericordia eius.

6 **Q**ui terram su-
per aquas expãdit,
Quoniam.

7 **Q**ui luminaria
magna fecit, Quo-
niã sempiterna est
misericordia eius.

8 **S**olem ut præsit
diei, Quoniam.

9 **L**unam uerò ac
stellas ut præsent
nocti, Quoniam.

10 **Q**ui percussit Ae-

tia, quod perpetuo dũ
ratura sit misericordia
eius.

5 **Q**ui fecit caelos sum-
ma prudentia, q̃ per-
petuo duratura sit mi-
sericordia eius.

6 **Q**ui expandit ter-
rã supra aquas, quod
perpetuo duratura sit
misericordia eius.

7 **Q**ui fecit luminaria
magna, quod perpe-
tuo duratura sit misẽ-
ricordia eius.

8 **I**psũ solẽ, ut præ-
sit diei, q̃ perpetuo du-
ratura sit misericordia
eius.

9 **I**psam insuper Lu-
nam & reliquas stel-
las, ut præsent nocti, q̃
perpetuo duratura sit
misericordia eius.

10 **Q**ui graui damno
affecit Aegyptũ, quũ
percuteret primogeni-
ta illius, quod perpe-

- gyptū cū primogenitis suis, Quoniam.
- 11 Et Israëlē eduxit de medio eorū, Quoniam.
- 12 Manu forti & brachio extento, Quoniam.
- 13 Qui diuisit mare rubrum in partes, Quoniam.
- 14 Et traduxit Israēlem per medium eius, Quoniam.
- 15 Pharaonē autē cum exercitu suo inuoluit in mari rubro, Quoniam.
- 16 Qui duxit populū

in duratura sit misericordia eius.

11 Ut educeret Israēlem e medio illorum, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

12 Idē manu robusta, & brachio fortiter extento, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

13 Qui diuisit mare rubrum in partes, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

14 Et perduxit Israēlem per medium illius, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

15 Subuertit Pharaonem & exercitum illius in eodem illo mari rubro, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

16 Qui duxit populū per ipsum desertum,

- lum suum in deserto, Quoniam.
- 17 Qui percussit reges magnos, Quoniam.
- 18 Et occidit reges fortes, Quoniam.
- 19 Sichonem regem Amorrhæorum, Quoniam.
- 20 Et Og regē Basan, Quoniam.
- 21 Et tradidit terrā eorū in possessionem, Quoniam.
- 22 In possessionem Israëlī seruo suo, Quoniam.
- 23 Qui cū deiecit

quod nulli antea fuerat peritū: quodā perpetuo duratura sit misericordia eius.

17 Qui percussit reges potentes, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

18 Et occidit reges fortes, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

19 Seon regem Amorrhæorum, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

sit molestiæ in rebus quæ sunt sub Sole: o-
mnia enim inania sunt, & nihil quàm animi
cruciant.
- 28 Odisse etiam cœpi, quicquid fecissem,
quantumuis magno labore, sub Sole: quod
relinquere id omne cogar alteri, qui mihi suc-
cessurus est.
- 29 Et quis nouit, futurus ne ille sit sapiens, an
stultus: qualiscunq; erit, certè accipiet omnia
mea, quæ tanto studio, & tanta solertia para-
ui toto tempore uitæ meæ: certè hoc quoque
planè uanum est.
- 20 Quare cor meum statui liberare curis, qui-
bus sollicitus fui, & sapienter agere uisus sum
sub Sole.
- 21 Contigit enim hominem sapientiã & re-

stã cognitione, & frugalitate per omnia usum,
relinquere quicquid sic illi partũ est, alteri, qui
eius laboris planè expertus fuit: certè hoc quo-
que uanum est, & merito multum hominem
torquet.

- 22 Quid enim accipit talis homo ex tam ua-
rijs curis, & animi tormētis, quibus se torquet
sub Sole?
- 23 Omnes dies uitæ eius miserabiles sunt, &
omnes conatus eius tædio pleni: per noctem
uitæ quietem admittit animus eius: profectò
hoc quoq; insigniter stultum est.
- 24 Nihil melius homini, quàm si comedat, &
bibat, & oblectet animum suum, inter tam ua-
rias sollicitudines: hoc enim iudicavi à benigni-
tate dei profectum.
- 25 Quis enim me uixit sumptuosior & libe-
ralior?
- 26 Certè homini cui bene uolet Deus, dabit
eam prudentiam, & eam sapiētiã, ut audeat
uti rebus suis: peccatori autem immitet solli-
citudinem augendi, & coaceruandi in usus
illius quem Deus illa accipere uolet: quare
neq; hoc insigni caret uanitate.

Ad libe-
ralē cog-
quæ ad-
sunt, usũ
horatur:
et ab aua-
ritia, pec-
mi pestes
detinet.

CAPVT III.

1 O M nium rerum uicissitudo est, neque
quicquam est sub Sole stabile.

- 2 Qui nunc gignuntur, aliquando moriuntur:
quæ nunc plantantur, alio tempore euelluntur.
- 3 Nunc amputamus, quæ olim ut adolesce-
rent, curauimus: nunc destruiamus, quæ olim
extruximus.
- 4 Interdum flemus, interdum ridemus: in-
terdum mœsti lugemus, interdum præ læricia
subtilimus.
- 5 Nunc diruimus uetera ædificia, nunc ex
eisdem lapidibus extruimus noua: nunc ope-
ram damus amplexibus, nunc ad amplexus
nauseamus.
- 6 Nonnunquam magno studio querimus,
quod paupōst perclamus: nonnunquam com-
paramus quod postea dilapidemus.
- 7 Quandoq; discernimus, quod olim confu-
mus: quandoque uelut muti tacemus, quan-
doq; inepte garrimus.
- 8 Interdum amamus, & iterum odio profe-
quimur amatum: interdum inimicitias exerce-
mus, quas iterum deponimus alio tempore, &
pacem amplectimur.
- 9 Quem fructum capit homo ex tam pugnat
tibus, & molestis occupationibus?
- 10 Deprehendi quod Deus immiserit animis
hominum eiusmodi molestas occupationes, ut
ipsi se illis torquant.
- 11 Quicquid fecit Deus, pulchrum est suo tem-

pore & loco: & mundum hunc totum expo-
sui examinandum ingenio illorum, uerum ipsi
nullius, uel magnæ uel paruæ, errorum rerum
quas Deus tam multas fecit, rationem inueni-
turi sunt.

- 12 Quare uidi nihil in omnibus illis rebus esse,
quod homini bonum esse posset, nisi forte ex-
hilarare illum sese & bene facere sibi dum ut-
uit.
- 13 Si homini contigerit animus ut comedat ac
bibat & fruatur suis, inter tam uarias misérias,
donum dei manifestum esse putet.
- 14 Certo cognoui, quod quicquid facit Deus,
erit quale ipse id esse uolet: neq; quisquã adij-
cere quicquam poterit, neq; ab eo quicquam
tollere: & Deus quicquid fecit, in hoc fecit, ut
nos illum, hæc tam uaria uidentes, reueren-
tur.
- 15 Quod fuit olim, nunc est: & decretum fuit
olim, ut etiam temporibus futuris esset: as-
idue nanque reuocat, quæ uelut fugata hinc
abierunt.
- 16 Et tanquam non esset malorum ex hac in-
constantia satis, uidi locum sub sole æquitati
destinatum, in quo dominatur impietas: & lo-
cum iustitiæ, in quo regnat impius.
- 17 Dixi apud me admirans, & iustum & in-

pium iudicabit dominus: ad eum enim referentur iudicanda, quæcunq; aut cogitantur nunc, aut fiunt.

- 28 Cum non inuenirem causam aliam, quare Deus hæc permitteret: uisum est mihi, uelle illum huiusmodi humanis tumultibus, hominem sic exercere, ut uideat se in hac uita parum differre à brutis. non aliter enim inter se homines tumultuantur, nec maiori sæpe ratione, quam bruta inter sese.
- 29 Insuper & interitus hominum, & reliquorum animantium, idem est: quomodo enim moriuntur bruta, moriuntur & homines: nec apparet ex ijs quæ fiunt sub Sole, aliam esse hominis, & aliam brutorum animam, nec ultra bruta animantia quicquam habere hominẽ: omnia enim æque uanitati subiecta sunt.
- 30 Quicquid est, siue homo, siue aliud ab homine, ad eundem locum tendit: ex terra enim facta sunt omnia, & in terrã iterũ resoluuntur.
- 31 Quotusquisq; interim nouit, an hominis anima ascensura sit sursum, & reliquorum animantium cum corporibus interitura sit.
- 32 Quare nihil inueni boni in omnibus his præterquam boni consulere omnia, & frui partibus sine sollicitudine: illis enim se homo sustenta: alia uero omnia extra ipsum sunt, & alijs relinquere cogetur: interim ut maxime

uelit sollicitus esse, quis indicabit illi, quid post ipsum futurum sit?

CAPVT IIII.

- 1 **C**onuerti me ad alia, ut uiderem quàm uarijs modis opprimantur homines in hac uita, & uidi flentes plurimos, cum iniuria afficerentur, nec esset quicquam qui eos consolaretur, & multo minus qui de uiolentis opprimentium manibus eos cripcret.
- 2 Quod cum uiderem, iudicavi feliciores eos qui uita olim defuncti sunt, his qui adhuc tam calamitose uiuunt.
- 3 Quin & utriq; fortunatiores dixi eos qui nunquam nati fuerunt: illi enim nihil uiderunt horum malorum, quæ in hac uita homines in homines designant.
- 4 Multa experientia didici hominũ conatus, & studia non aliò tendere, q̃ ut quisq; uicino suo, quibus possit artibus noceat, & rem propriã promoueat: quod quid est aliud quàm molestissimis curis animum misere torquere?
- 5 Sulti quidam ab horum quos diximus moribus abhorrentes, uitium in contrarium currunt: iunctis enim manibus desident ocio, & quicquid habent, consumunt, donec ad extremam inopiam perueniant, & carnem propriam rodere cogantur.

- 6 Melius, inquitentes, est paulum cum igna-
uia, quam multa laboriose cum anxietate cō-
quirere.
- 7 Conuerſi me & ad alſa, & uidi nouum ua-
nitatis genus.
- 8 Inueniuntur homines ſoli ſine ſocijs, ſine
liberis, ſine cognatis, qui nō aliter ſine ſine la-
borant, quam ſi illis innumeri alendi eſſent: cu-
piditatibus eorum nullæ diuitiæ ſatiſfaciunt:
nec unquam ad ſe redeunt, ut apud ſe dicant,
quibus laboramus: in quorū gratiam fraudam-
us gentes noſtros bonis, quæ plurima poſsi-
demus, & quorū non eſt alius uſus, quam ut
noſmetipſos oblectemus. hoc: ſi quidquam a-
liud, inſigniter ſtultum eſt, & animi moleſtiſi-
mum tormentum.
- 9 Quare meliorem & cōmodiorem iudicau-
i uitam duorū unā uiuentiū, quam unius ſolius:
adfert enim boni non parū ipſa ſocietas: & ſi
nihil aliud, ſuccurrunt mutuo in malis, quæ in
hac uita omnibus ferenda ſunt.
- 10 Si enim alter eorū ceciderit, alter collapſum
ſocium erigit: qui planè miſer eſſet, niſi in ipſo
caſu haberet, qui manum illi porrigeret.
- 11 Si duo ſimul dormierint, alter alterum ca-
leſciat, ſolus uerò ægre calidus fiet.
- 12 Si unus aliquis uim facere conetur, duo re-
ſiſtent illi: & ſupis triplicatus non facile rum-

pſant.

- 13 Melior eſt adoleſcens pauper, ſi ſit cor-
datus, rege ſene deliro, qui nō ſuſtinet amplius
admoneri.
- 14 Emergeit nonnunquam è carcere quis, qui
uinctus ibi fuerat, & regno præſicitur: cum è
contrario patre rege natus ad inopiam re-
digatur.
- 15 Vidi maximo numero homines ſeq adole-
ſcentem illū, qui ſeni in regno ſucceſſurus eſt.
- 16 Non minor fuit numerus eorū qui ſenem
hunc olim ſequēbant, cū regno præſiceretur,
quam nunc eſt qui nouum hunc ambiūt:
& ſicut gravis illis ſuperioribus uſa eſt pote-
ſtas regia illius qui nunc contemnitur, ita &
huius qui nunc tantopere placet gravis uide-
bitur: quare & ambitus ille ſuam habet uani-
tatem, & animi tædia.
- 17 Vide diligenter, quid faciendum tibi ſit
ingreſſuro domum dei, ut ores: & ſcito illum
proximè tibi aſſeſſe, & audire cuncta, caue
ergo ne multis uerbis cum illo agas ſtultorum
more, quorum ſunt ingrata deo quæ faciunt
omnia.

CAPVT V.

1 **N**E præceps ſis in lingua tua oraturus
decum: neq; properet cor tuum eſſum-

P 4

- dere uerb. a in conspectu dei: est enim deus in caelo, unde tua omnia, qui in terra degis, uidet: quare paucis apud illum utere uerbis.
- 2 Sicut diurnae curae gignit somnia, ita multa uerba stultam faciunt orationem.
- 3 Si quid inter orandum promiseris, absque mora illud persolue: ne illum sultorum more multa promittendo, grauius offendas. Si quid ergo promiseris, praesta.
- 4 Melius est nihil promittere, quam promissa non praestare.
- 5 Quare caue ne linguae futilitas, totum te peccato inuoluat: neque putes angelum, qui tua obseruat, rem tam aestimaturum leuem, quam tu existimabas: qui pra multitudine uerborum uix sciebas quid promitteres, aut diceres: quod tu tam leue putas, deum sic offendit, ut non solum orationem tuam, sed propter eam & alia opera tua sit execraturus.
- 6 Sicut in multis somnijs plurima sunt uana, ita & in multis uerbis: quare tu deum ex animo reuerere.
- 7 Si uideris usquam oppressiōem pauperis & subuersiōē requiritis & iustitiae, ne sic mireris, ut cuiusmodi latere deū putes: habet enim oppressor ille superiorem, qui ea quae facit diligenter obseruat: & supra utrumque illorum alij

superiores sunt.

- 8 Summum quod terra homini praestare potest, est agellus aliquis, cui colenti eū satis esse possit, ut ex eo uiuat: & cui ille contingit, & eo contentus essis, plane rex est.
- 9 Qui amat pecuniam, nunquam illi tantum pecuniae adferri poterit, ut sit futuris contentus: & qui inhilat diuitijs, nunquam ex eis fructum ullum capiet: quisquis talis, insigniter uanus est.
- 10 Vbi diuitiarum plurimū est, ibi plurimi sunt qui comedunt eas: & quid habet amplius is cuius sunt diuitiae, quam quod uidet alios eas consumere?
- 11 S uauis est somnus ei qui laborando exercet se, siue parum, siue multum comedat: fatuus autem diuitis, non sinit illum dormire.
- 12 Inuenitur aliud tristissimi mali genus: uidi sub sole diuitias magna diligentia obseruatas, in perniciem possidentium eas.
- 13 Perierunt opes illae, & dominos suos grauius afflixerūt: neque enim ipsis, neque filijs eorum, quicquam reliquum fuit.
- 14 Sicut nudi egressi sunt ex utero matris, ita nudi eō reuertentur, unde prodierunt: neque ulli quicquam eorum hinc secum asportabit, quae tantis molestijs conquisierunt.

- 15 Sed & hoc quoque, si nihil aliud sit, triste ma-
lum est, quod omnes quo modo intraverunt in mun-
dum, eo & relicti sunt ipsum: & quid prode-
rit animum hic varijs curis afflixisse?
- 16 Tota vita sua sordidè uixerunt iracundi, se-
ipsum cruciantes & similitates exercentes.
- 17 Meo ergo iudicio suavius est comedere &
bibere & frui bonis inter has miseras, quibus
affligimur sub sole, paucis diebus illis uitæ no-
stræ quos deus nobis concedit: nihil enim am-
plius ex omnibus accepturus est homo.
- 18 Certè si cui Deus dederit diuitias & opes,
& animū ut comedere ex illis audeat, & acci-
pere id ex eis quo solo homini usui esse pos-
sunt, ut comedendo & bibendo oblectet se, hoc
ingens donum dei est.
- 19 Parum enim, qui talis est, memor erit in cō-
modorum uitæ suæ: Deus enim exercet cor
eius hilaritate.

CAPVT VI.

- 1 **E**st malum quod uidet sub sole, frequens
apud homines.
- 2 Inueniuntur quibus Deus dedit di-
uitias, opes, & gloriam, adeo ut nihil eis desit
eorum quæ ab hominibus desiderari possunt,
sed animum utendi illis non tribuit: quin potius
ignotus aliquis fruetur illis, hoc certè uanū est.

- & graue tormentum animi.
- 3 Si quis centum genuerit liberos, & diues ui-
xerit annis plurimis, animum tamen suū frau-
dauerit bonis, sepultura quoque non est carue-
rit: iudicabo illo fortunatiore, qui matre abor-
tiente eiectus est.
- 4 Hic enim ut nugamentum aliquod à con-
ceptu in utero aliquotque obscure progres-
sus est, sic tamen ut ne nomen quidem eius ulli
cognitum fuerit.
- 5 Solem enim non uidit, nec quicquam no-
uit, & liber fuit ab illis quibus auarus assidue
torquetur.
- 6 Quid proderit homini, si contigerit illū ui-
uere annis bis mille, & bonis suis non fruatur:
nonne sine capient anni illi, & eodē tendent
quod alij omnes, uel alia omnia?
- 7 Nullus fructus est alius humani laboris, quā
cibum ori suppeditare: quod quāuis factu fa-
cile sit, animi tamen cupiditati omnino satif-
feri non potest.
- 8 Quid amplius accipiet sapiens ex suo labo-
re, quā stultus: & quid minus habet pauper,
qui industria sua sibi uitium parat, inter illos
cum quibus uiuit?
- 9 At melius inquit est, cōtemplari oculis di-
uitias præsentis, quā industria sola fretum,
in diē more pauperis uiuere, certe falleris, quā

- hoc putas: nō aliud enim aspectus diuinitatum
adfert, q̄ animi stultas curas & tormenta.
- 10 Quia ratione fuit olim unumquidq; prius-
quam esset, nomine suo notum & scitum fuit:
qd̄ hic uelit nolit homo, futurus esset, nec pos-
set nisi frustra contendere cum deo, qui ipso
fortior est, quare sic uel sic factus sit.
- 11 Et si quis multis uerbis contendere cum
deo conetur, nihil illi eiusmodi obmurmura-
tio proderit.

CAPVT VII.

- 1 **F**rendū est æquo animo, quod à deo im-
mittitur: quis enim nouit qd̄ expediat ho-
mini diebus uite qb̄ hic uanitate uiuēt ē
fecit em̄ dies hoīs deus similes umbræ, de qua
post abitū quid fiat sub sole, q̄s iudicabit?
- 2 Grator est fama bona post mortē, quā
odor fragrantissimi unguenti: & dies mortis,
melior est q̄e quo quis nascitur.
- 3 Magis expedit ire in domum lucus, quā
in domum conuiuij: in illa enim uidetur quē
finem habiturus sit omnis homo: & qui uidet
mortuum alium, non potest non aliquo modo
animus eius commoueri.
- 4 Melior est tristitia, quā risus: quia per tri-
stitiam, quæ in uultu apparet, cor admonetur
officij sui.
- 5 Animus uiri sapientis, uersat̄ in domo su-
sus: animus uerō stolidi, in domo conuiuij.
- 6 Fortunator est qui patienter audit obiur-
gationem sapientis, quā est is qui audit a se
duē cantillantem stultum.
- 7 Qualis enim est strepitus stipularum ar-
dentium sub olla, talis est risus stultorum: in-
terim neque sapientis obiurgatio uanitate
caret.
- 8 Quia mali, si obiurgentur, quōd alios op-
primant, affligunt sapientem, & perdere co-
nantur eum qui cor habet tam insigni sapien-
tiæ dono exornatum.
- 9 Melior ergō est finis rei, quā principiu, &
homo paties quā is qui liberē alios carpit.
- 10 Ne inducas in animum tuum, ut citō ira-
scaris: solēt enim stulti ferē esse, qui prouisi sunt
ad iram.
- 11 Ne dixeris apud te, pertactus malorū pre-
sentium, quid cause est, quōd tempora quibus
uixerūt maiores nostri, meliora fuerint, quā
sint hæc nostra? non est enim prudentis uiri
talia interrogare, cum manifestū sit habuisse
illa tempora incōmoda sua, sicut & hæc no-
stra habent sua.
- 12 Melior est sapientia quæ cum diuitijs con-
iuncta est, & utilitatis plus adfert tempore hu-
ius uitæ, quo solem spectamus.

- 13 Adfert enim momenti multum sapientia, & non nihil etiam diuitiarum: hoc tam en habet supra diuitias sapientia, quod sapientem ad uitam perducit æternam.
- 14 Cõsidera uniuersa quæ fecit deus, & inuenies nihil eorum posse resisti, quæ ille perdidit.
- 15 Quare dum adest bonum, fructe, & in aduersis patiens esto: uoluit enim omnia deus uicissitudini obnoxia esse, ut uideret homo nihil esse stabile cui tuto fidem possit.
- 16 Vidi plurima diebus uanitatis meæ, & inter cætera, iusto esse nonnunquam iustitiam suam exiitio, & impium in impietate sua diu & feliciter uiuere.
- 17 Ne sis ergo iustus nimium, neque sapiens ultra modum, ne forte & tu similiter pereas.
- 18 Neque enim exlex, & stolidus efficiaris: qui enim eiusmodi sunt, ut plurimum pereunt male.
- 19 Ut hæc pericula uitæ, nihil melius est quam ut firmiter credas, & perpetuo in memoria habeas, quod illi qui Deum reuerentur, omnia hæc mortifera mala effugient.
- 20 Sapientia sepe plus iuuat illi, cuius est, quam possent decem primores ciuitates.
- 21 Interim nullus est hominum tam sapiens & iustus, ut non subinde peccet.
- 22 Quare delatoribus auræ facile non præbue-

- ris, ne audire cogaris quod seruus tuus aliquoties ex impatientia male de te locutus sit.
- 23 Scis enim tuipse quod nonnunquam locutus sis ad eundem modum de alijs.
- 24 Hæc omnia tentando per sapientiam didici: & non contentus ipsis, conatus sum scire quæ sciri ab homine non possunt, sed in hoc conatu sapientia mihi adesse recusauit.
- 25 Longè supra captum humani ingenij est, uelle scire quo consilio ab æterno usus sit deus in condendis & conseruandis rebus, & modis omnibus incomprehensibile.
- 26 Quare reuocaui animum meum ad intelligenda ea quæ rationatione inuestigari possunt, & ad cognoscendam impiam stultitiam, & amentes insanias.
- 27 Et inuenio amariorē esse ipsa morte mulierem, quæ una est insiar uenatorum multorum: cor eius simile retibus multis, & manus uinculis: qui charus est deo liberabitur ab illa, peccator uero laqueis eius stricetur.
- 28 Ecce inquit conditionis sapientia, hoc deprehendi ex comparatione rerum inter se, id quod queritur inueniri solere.
- 29 Laboraui usque in hanc horam, ut conferendo officium foeminarum cum ingenio & moribus, bonam & prudentem aliquam inuenirem: sed nihil successit, ex mille uiris, unum in-

ueni tolerabilem: ex mille autem sceminis, nullam.

- 29 Hoc solū inueni, quod deus fecerit. Ad am rectum: & quod ipse cum posteris multa magno studio frustra repererit, quæ à simplici recto quàm plurimum recedant.

CAPVT VIII.

1 **Q**uis conferendus est cum sapiente, & eo qui iudicium habet de rebus: sapientia hominis gratiosum facit uultum eius, & crudelitatem pellit.

2 Attamen suadeo etiam sapienti, ut obseruet, quæ rex mandabit: & præstet si quæ deo in testem uocato iurauerit.

3 Nec tu uæcoris & stolidus, tanquā à conspectu illius possis aufergere, pertinax in malo persiste: quicquid enim ille uoluerit, perliciet.

4 Vbiunque aliquid nomine regis mandatum fuerit, ibi & potestatem esse puta exequendi, quod mandatum est: nec audeat quisquam contradicere, aut querere cur hoc mandauerit rex.

5 Qui obediens est mandato, non sentiet malum: tempus autem aduenturum, ut sumatur supplicium de transgressoribus, non ignorat sapiens.

6 Statuit namque deus tempus, quo de omni-

bis iudicaturus est: & priusquam illud adueniat, uarijs & periculosis malis expositi sumus.

7 Nec scire cuiquam datur, quid illi continget: quis enim id possit illi indicare?

8 Et si sciret, nihil illi prodesset: nemo enim tam potens est ut animum suum contineat: nec appetente morte uires ullæ quicquam proderunt: neque est spes ulla elabendi ex illo praelio, quod nobis cum morte inuendum est: nec impiū suū sua impietas liberare poterit.

9 Huiusmodi plurima obseruavi, & diligenter expendi quæ fieri uidebam sub sole, quo tempore homo in hominem imperium exercet, non si ne malo illius qui ferre imperium cogitur.

10 Itaque uidi impios ad sepulchrum usque feliciter degere, & ipsos uelut resurgere in filijs: & uersari inter honoratos in loco sancto: eos uero qui bene faciunt, contemni à ciuibus: sed & hoc insigni uanitate non caret.

11 Quia non subito sumitur supplicium de his quæ designant homines, ipsi non faciunt finem intrepide male faciendi.

12 Contingit namque peccatorem centies impie agere, & quantum apparet, id feliciter illi cedere: ego interim scio, quod illis solis bene erit qui Deum reuerentur.

13 Impio uero, quantumuis appareat, nihil

continget veri boni: quin & dies uitæ illius, & si multi uideantur, citius umbra, quæ res nihil est, abibunt.

14 Est & alia uanitas, & frequens in hac uita: uidemus enim ea cunenire iustis mala, quæ impijs ferre decebat: & cōtrario impijs bona, quæ iustos accipere æquum erat: certè hoc uehementer molestum est.

15 Quare laudari hilaritatem animi: nec quicquam uidi melius, quàm comedere & bibere, & frui bonis: hoc enim solum accipit homo tanquam suum ex omni molestia, qua se fatigat, diebus quibus uitam illi Deus concedit sub sole.

16 Sic accommodaui animum meum studio sapientiæ, ut cognoscerem quæ sunt nobis in terra degentibus, ut scæpe nec die, nec nocte somnum indulerim oculis meis.

17 Et consideraui hæc tam uaria opera Dei, quæ facta sunt, & quæ fiunt assidue, & deprehendi non posse ullum hominem inuenire rationem alicuius rei, ex omnibus quæ tam uaria sunt sub sole, etiam si conetur omnibus uisibus inuenire: quin & sapiens ipse, si conetur, frustra laborabit.

1 **O**Mnia hæc diligenter reuolui in animo, & comperi quod iustum, & sapientem, & opera eorum, Deus habeat in sua potestate, neque quisquam nouit quos habiturus sit, uel amicos, uel inimicos: cuncta enim hæc hominem latent.

2 Cunctæ res eodem interibunt modo: nec quicquam ab interitu liberum est, non iustus magis quàm impius, nec bonus & innocens, magis quàm prauus: neque sacrificio Deum uenerans, magis quàm Deum contemnens, non aliter interibit bonus, quàm malus, iurare confectus, quàm is qui à iuramenti abstinet, ne Deum offendar.

3 Hoc, molestissimum, est omnium, quæ sub sole fiunt, quod omnia absque ullo discrimine eodem modo intereunt: & corda hominum interim implentur malis, ad insaniam usque, toto tempore uitæ usque ad sepulchrum.

4 Quando is uersatur inter uiuos, aliquid habet amplius quàm si mortuus esset: sicut canis uiuus aliquid habet amplius, quàm leo mortuus.

5 Siquidem si qui uiuunt, hoc habent, quod se sciant morituros: mortui uero nihil horum nouerunt, nec sunt apud uiuos ullo amplius in pretio, sed obliuioni penitus traditi.

6 Nec amicos amplius, nec inimicos, nec quos.

- æmulentur habent: nihil illis amplius commu-
ne est cum hoc mundo quem reliquerunt, cum
omnibus quæ in eo sunt.
- 7 Comede ergo lætum cibum tuum, & hibe
animo hilaritatem uinum tuum: iam dudum enim pla-
cent opera tua deo.
- 8 Omni tempore sint uestes tuæ splendide,
& caput tuum assidue delibutum unguento.
- 9 Oblecta uitam tuam cum uxore quæ amas,
tempore quo tibi uiuendum est in hac uanissi-
ma uanitate, qua omnes dies tui pleni sunt: hoc
enim solum est propriè tuum ex omni labore,
quo te fatigas tota uita tua sub sole.
- 10 Quicquid tibi occurrerit, quod faciendum
putes, fac fortiter: nihil enim horum operum,
quæ hic sunt, neque consilij, neque pruden-
tiæ, neque sapientiæ quicquam in sepulchro
quod tu properas inuenturus es.
- 11 Observando ea, quæ sunt sub sole, didici
quod raro adhibentur ueloces ad currendum:
neque robusti ad gerenda bella: quin & sapien-
tibus sæpe deest unde uiuant, nec habent indu-
striam diuitias, nec rerum periti, in precio sunt,
sed tanquam ignaui semper fuissent, tempus &
casus omnes de medio tollit.
- 12 Nec magis nouit homo tempus mortis suæ,
quam pisces priusquam hamo capiatur, uel
aues priusquam laqueo irretiantur: sicut enim

- capiuntur illæ, sic mors de improviso homines
illaqueabit.
- 13 Sed & hoc uidi quod esset sapientia sub so-
le, & meo iudicio magna:
- 14 Ciuitas enim quædam fuit parua, & uiri in
ea pauci, & rex potens obliuione cinxit eam,
& turres extruxit contra eam:
- 15 Et inuentus est in ea uir pauper, sed sapiens,
qui seruauit ciuitatem illam sapientia sua: nec
fuit unquam ante periculum habita ratio pau-
peris illius.
- 16 Iudicaui tum ego, quod utilior esset sapien-
tia uiribus corporis: & tamen sapientia paupe-
ris illius, tanto tempore contempta fuit, nec uer-
ba illius a quoquam æstimata.
- 17 Verba sapientum, etiam si non multum cla-
ment, ipsi efficaciora sunt, quam principis stul-
titi uociferatio.
- 18 Sapientia melior est instrumentis bellicis:
qui interim peccat in uno aliquo, plurimum bo-
ni amittet.

- 1 Sicut muscæ in unguentum quantumuis
fragrans collapsæ, si illic moriantur un-
guentum corrumpunt & bullis ueluti sca-
bie obducunt: sic parua sæpe stultitia homini

- ob sapientiam & reliquas naturæ dotes claro, multum existimationis admittit.
- 2 Cor sapientis in dextra illius est, & cor stulti in sinistra.
 - 3 Quacumque fuerit stultus, iracordia eum committatur: & tanquam ipse solus sapiens sit, obuios omnes stultos appellabit.
 - 4 Si dominandi cupiditas animum tuum inuaserit, locum priorem ne facile deserueris: qui enim competit in huiusmodi cupiditatibus animum suum, multa uitabit & grauiam peccata.
 - 5 Frequens enim est malum sub sole, quod ab imprudentia principis proficiscitur.
 - 6 Collocatur sepe stulti inter primos & potentissimos, præteritis illis qui ad res gerendas uehementer idonei sunt.
 - 7 Et uidi seruos obsequitare, tanquam nobiles sint: & nobiles, seruorum more, pedibus iter facere.
 - 8 Qui fodit fontem, incidit in illam: & qui dissipat sepem, mordebit illum serpens.
- Stultus esse signifi-
cat & pericu-
losos ma-
gnorum co-
- 9 Qui projicit lapides, fatigabitur sepe sciendo, & qui secat ligna, sentiet quantum ea res habeat difficultatis.
 - 10 Si retulum fuerit ferrum, quo secant ligna, quantumuis fortibus multum negocij exhibebit: sapientia uero, difficile alioqui res, sepe fa-

- ciles reddet.
- 11 Serpens qui non ædido sibilo mordet, per omnia delatori similis est.
 - 12 Quæ sapiens dicit, gratiam habent: sermo uero stolidi, ipsum subuertet.
 - 13 Principium uerborum illius stultitia, & finis furia quæ periculo non caret.
 - 14 Stultus sic uerba multiplicat, ut nemo intellegere possit, dum loquitur, quid uelit, & multo minus de futuris aliquid ex illis colligere.
 - 15 Conatus stultorum, lassabit eos: quia rationem uiuendi ciuilitate, ignorant.
 - 16 Infelix patria est, cuius rex est puer, & principes manè comedunt.
 - 17 Felix patria, cuius rex uir strenuus est, & principes tempore, quo oportet, comedunt, non comestationibus dediti, sed comedunt quantum satis est ad uitæ corporis conseruandas.
 - 18 Ignauia domini domus, soluetur contiguatio: & pigritia eius fiet, ut arceri non possit pluuia.
 - 19 Ad uoluptatem parant cibos, & uinum bibunt, ut se exhilarent, quorum nequitia pecunia suppediat omnia.
 - 20 Tu interim ne ausus fueris, uel cogitare femel, ut huiusmodi in rege uel principe reprehendas, etiam si solus in cubiculo tuo fueris: fiet

malus si
prudētia
desit.

enim palam, si non alfundē, certē aues, quæ in
aëre uolitant, clam esse non sinent.

CAPVT XI.

¹ De elec-
m ofynis
intelligit. **P**roijce panem tuum in præterfluentes
aquas, & scito non perituum: tandem
enim recipies.

² Liberaliter egentibus tribue: sic enim fiet,
ut non sentias mala quæ imminēt.

³ Vbi plenæ fuerint nubes, imbrem suum fun-
dent in sitientem terram, & fructus arboris
quocumq; loco ceciderit, siue in plaga Austra-
li, siue Aquilonali, erunt qui colligent illum.

⁴ Qui obseruat curiosē uentum, non semina-
bit: & qui metuit nubes, non metet.

⁵ Sicut ignoras, quomodo anima coniungat-
ur corpori, & ossa compingantur in utero præ-
gnantis: sic nunquam intelligere poteris ratio-
nem ullius earum rerum, quas Deus fecit tam
multas & uarias.

⁶ Manē semina semen tuum, & uesperī ne
cessa: nescis enim utrū felicius proueniet, quod
manē, an quod uesperī seminatum est, an illud
quod manē & uesperī.

⁷ Suaue est lumen, & gratum oculis uidere
Solem.

⁸ Interim si cui contingat multis annis suauit-

fer uiuere, & tandem in memoriam reuocau-
erit, quanto tempore hoc Sole & lumine eius
carendum erit: iudicabit hæc fluxa, casta, & in-
ania esse omnia.

⁹ Oblecta te adolefcens dum ætas est integra:
indulge genio, & uersare in illis quæ animus
desiderabit, & oculi concupiscēt, sed scito quod
Deo redditurus sis rationem de omnibus.

¹⁰ Pelle ex animo tuo iracundiam, & à corpo-
re molestiam: adolescentia enim & reliquum
totius uitæ tempus uanitatē secum satis adfe-
rent.

CAPVT XII.

¹ **H**abe ergo ante oculos creatorem tuū,
dum integra adhuc ætas est, priusquam
ueniant dies pleni malis, & anni, qui-
bus nihil libebit boni facere.

² Priusquam obscuretur tibi Sol & lumen e-
ius: luna quoque & stellæ, & caligo obtegat o-
culos tuos.

³ Quod fiet, ubi debilitati fuerint custodes do-
mus, & membra quibus nunc ualemus, uiri-
bus suis destituta fuerint: & uisus oculorum,
qui nunc ueluti ex cauernulis prospectat, desi-
cere cœperit.

⁴ Vbi claudī cœperunt ianuarum platearum, per-

Manus

intelligi

uult, qui-

bus nos

maximē

defende-

re sole-

quam sit cibus, ubi perierit latratus stomachi,
& homo tam debilis factus fuerit, ut ad uocē
auiculae excitetur, & perierint omnia organa
cantus.

5 Tunc è cœlo metum, & malum in se casu-
rum, & terrores eos quacunq; iuerint, inua-
dent: tunc canis aspergetur caput, & nutabūt
pedes, & peribit appetitus, quæ signa sunt eos
hinc migrare in domum alterius sæculi: circum-
dabunt eos in platea lugentes, ut sublatum in
humeros efferant.

6 Quicquid præcedit diem, quo rumpetur fu-
niculus argenteus, & diffluet pingue illud au-
reum, & comminetur hydria iuxta fontem,
& fractis rotis currus in foueam per præceptis
Medul- lam intel- ligit, quæ
trāsīt spi- ruit.
nam

7 Et reuertetur puluis in terram unde sum-
ptus est, & anima redibit ad Deum, qui dedit
dorsū, qua uel
illam.

8 Vanissima sunt omnia, inquit Ecclesia-
mum læ- stes, & nullo tempore non uana.

9 Et quia sapiens erat supra omnes alios
Ecclesiastes, multa alia populum docuit dili-
genter enim scrutando omnia, multa inuenit
ad sapientiam pertinentia, & multa restituit,
sapienter ab alijs dicta.

10 Studiosus ualde fuit hic concionator, ut
uilia & scitu digna inueniret: quæ autem in-

uenit, bona fide chartis mandauit.

11 Verba sapientum sunt ueluti stimuli, & ue-
luti clauis uiri studiosi, qui alijs inculcant, quæ lo-
ab unico pastore Deo, ut illis excitemur, do-
nata sunt ipsis. li, quo hic
utit sub-

12 His paucis fili mi admonitum te puta: ut indicat si
autem omnia perstringantur sigillatim, ne plu-
rimis quidem libris fieri poterit, & labor mul-
ta scribendi corpus defatigat. asinis esse
nos, & fre-

13 Finis omnium rerum qualis sit, iam audi-
tum est: tu deū reuerere, & mandata illius ob-
serua: illo enim solo acquiritur, quicquid uerè
hominem & solide beatum facere potest. mis egere
nos exti- mulatio-

14 Nec ignorare Deum putes, quæ tu facis:
omnia namq; diligentissime expendet, siue
bona fuerint, siue mala, etiam ea quæ nobis
uidentur penitus occulta.

F I N I S.

INDEX PSALMO-
rum secundum ueterem
translationem.

A

A d dominum quum tribularer, clamau. Psalmus	119
Ad te Domine leuau. Psal.	25
Ad te Domine clamabo.	28
Ad te leuau oculos meos.	122
Afferte Domino.	29
Attendite populus meus.	78
Audite hæc omnes gentes.	49

B

Beati immaculati in uia.	119
Beati omnes qui timent Dñm.	128
Beati quorum remissa sunt.	32
Beatus uir qui non abiit.	1
Beatus qui intelligit sup egenū.	41
Beatus uir qui timet Dominum.	112

Benedic aīa mea dño, & omnia.	103
Benedic anima mea dño, dñe.	104
Benedixisti domine terram.	85
Benedictus dñs deus meus.	144
Benedicam Dominum in omni tem- pore.	34
Bonum est confiteri.	92

C

Cantate Domino canticum nouum, cantate.	96
Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia.	98
Cantate Domino canticum nouum, laus eius.	149
Coeli enarrant gloriam Dei.	19
Confitebinur tibi.	75
Confitebor tibi domine in toto cor- de meo, narrabo.	9
Confitebor tibi domine in toto cor-	

de meo, in consilio.	111
Confitebor tibi domine in toto cor- de meo, quoniam audisti.	138
Confitemini domino & inuo.	105
Confitemini dño, quoniam.	106
Confitemini domino, quoniam.	107
Confitemini domino, quoniam.	118
Confitemini domino, quoniam.	136
Conserua me domine.	16
Credidi propter quod locutus.	116
Cum inuocarem, exaudiuit.	4

D

De profundis clamaui.	130
Deus auribus nostris.	44
Deus deorum dominus.	50
Deus deus meus respice.	22
Deus deus meus, ad te de.	63
Deus in adiutorium meum.	70
Deus in nomine tuo saluum.	54

Deus iudicium tuum regi.	72
Deus laudem meam.	109
Deus misereatur nostri.	67
Deus nosler refugium.	46
Deus quis similis erit.	83
Deus repulisti nos.	60
Deus stetit in synagoga.	82
Deus uenerunt gentes.	79
Deus ultionum Dominus.	94
Dilexi quoniam exaudiet.	115
Diligam te Domine fortitudo.	18
Dixi custodiam.	39
Dixit Dominus Domino meo.	110
Dixit iniustus ut delin.	36
Dixit insipiens in corde.	14
Dixit insipiens in corde.	53
Domine clamaui ad te.	141
Domine Deus meus in te.	7
Domine Deus salutis meæ.	88

Domine Dominus nosler.	8
Domine exaudi orationem meam,	
& clamor.	102
Domine exaudi orationem meam,	
auribus.	143
Domine in uirtute tua.	21
Domine ne in furore tuo.	6
Domine ne in furore tuo.	38
Domine non est exaltatum.	131
Domine probasti me.	139
Domine quid multiplicati.	3
Domine quis habitabit.	15
Domine refugium factus.	90
Domini est terra &.	24
Dominus illuminatio mea.	27
Dominus regit me.	23
Dñs regnauit decorem indut.	93
Dominus regnauit, exultet.	97
Dominus regnauit, irascantur.	99

E

Ecce nunc benedicite.	134
Ecce q̄ bonū & quam iocundū.	133
Eripe me de inimicis.	59
Eripe me domine.	140
Eruſtauit cor meum.	45
Exaltabo te domine.	30
Exaltabo te deus meus.	145
Exaudiat te dominus.	20
Exaudi deus deprecationem.	61
Exaudi deus orationem.	55
Exaudi deus orationem.	64
Exaudi deus iustitiam.	17
Expectans expectaui.	40
Exultate deo adiutori.	81
Exultate iusti in domino.	33
Exurgat deus & dissipentur.	68

F

Fundamenta in montibus.	87
-------------------------	----

I

In conuertendo dominus.	126
Inclina domine aurem tuam.	86
In domino confido.	31
In exitu Iſraël. Non nobis dñe.	114
In te domine speraui.	31
In te domine speraui.	71
Iubilare deo omnis terra.	66
Iubilare deo omnis terra, seruite do mino.	100
Iudica domine nocentes.	35
Iudica me deus & discerne.	43
Iudica me domine.	26

L

Lauda anima mea dominum.	146
Lauda Hierusalem.	147
Laudate dominum de caelis.	148
Laudate dominum in sanctis.	150
Laudate dominum omnes.	117

I N D E X

Laudate Dominum, quoniam.	147
Laudate nomen Domini.	135
Laudate pueri Dominum	113
Letatus sum in his.	122
Leuauit oculos meos.	132

M

Magnus Dominus et laudabilis.	48
Memento Domine Dauid.	132
Misericordiam & iudicium.	101
Misericordias Domini.	89
Miserere mei Deus, secundum ma-	
gnam.	51
Miserere mei Deus, quoniam.	56
Miserere mei Deus, miserere.	57

N

Nisi Dominus edificauerit.	127
Nisi quia Dominus erat in.	124
Noli emulari in malignantibus.	37
Nonne Deo subiecta	62

P S A L M O R V M.

Notus in Iudaea Deus.	76
O	
Omnes gentes plaudite.	47
P	
Paratum cor meum.	108

Q

Quare fremuerunt gentes.	2
Quam bonus Israel Deus.	73
Quam dilecta tabernacula.	84
Quemadmodum desiderat.	42
Qui confidunt in Domino.	125
Quid gloriaris in malitia.	52
Qui habitat in adiutorio.	91
Qui regis Israel.	80

S

Saluum me fac deus, quonia defecit.	12
Saluum me fac deus, quoniam in.	69
Sæpe expugnauerunt me.	129
Si uerè utiq; iustitiam.	58

Super flumina Babylonis.	137
T	
Te decet hymnus deus in Sion.	65
V	
Venite exultemus domino.	95
Verba mea auribus percipe.	5
Voce mea ad dominum.	77
Voce mea ad dominum clamaui.	142
Vsq; quo domine obliuisceris.	13
Vt quid deus repulisti.	74

E I N I S.

NE ALIQUOT PAgellæ uacarent, placuit orationē Salomonis, quam in templi dedicatione habuit, annectere. Quippe pio lectori rem multò gratiorem fore rati, quàm si nudas chartas obijceremus.

ORATIO SALOMONIS in dedicatione templi.

III. Reg. VIII.



DOMINE Deus Israël, non est similis tui deus in cœlo desuper, & super terrâ deorsum: qui custodis pactum, & misericordiam seruis tuis, qui ambulat coram te in toto corde suo: qui custodisti seruum tuo Dauid patri meo, quæ loquor

R 4

ORATIO

tus es ei. Ore loquutus es, & manus
 bus perfecisti, ut hæc dies probat.
 Nunc igitur domine deus Israël con
 serua famulo tuo Dauid patri meo
 quæ loquutus es ei, dicens: Non aufe
 retur de te uir coram me, qui sedeat
 super thronum Israël: ita tamen si cu
 stodierint filij tui uiam suam, utambu
 lent coram me, sicut tu ambulasti in
 conspectu meo. Et nunc domine deus Israël
 firmentur uerba tua, quæ loquutus
 es seruo tuo Dauid patri meo. Ergo
 ne putandum est quod uere Deus ha
 bitet super terram: Si enim cælum, &
 cœli cœlorum te capere non possunt:
 quanto magis domus hæc, quam edi
 ficauit tibi? Sed respice ad orationem
 serui tui, & ad preces eius domine
 deus meus. Audi hymnum & ora

SALOMONIS.

tionem, quam seruus tuus orat coram te
 hodie, ut sint oculi tui aperti super
 domum hanc nocte ac die: super domum,
 de qua dixisti, Erit nomen meum ibi:
 ut exaudias orationem, quam orat in lo
 co isto ad te seruus tuus, ut exaudias
 deprecationem serui tui & populi tui
 Israël: quodcumque orauerit in loco
 isto, & exaudies in loco habitaculi
 tui in cœlo: & cum exaudieris, propi
 tius eris. Si peccauerit homo in pro
 ximum suum, & habuerit aliquod iu
 ramentum, quo teneatur adstrictus,
 & uenerit propter iuramentum co
 ram altari tuo in domum tuam, tu exau
 dies in cœlo, & facies, & iudicabis
 seruos tuos, condemnans impium, &
 reddens uiam suam super caput eius:
 iustificansque iustum, & retribuens

O R A T I O

ei secundum iustitiam suam. Si fugerit
 populus tuus Israël inimicos suos,
 quia peccaturus est tibi, & agentes
 poenitentiam, & confitentes nomini
 tuo uenerint, & adorauerint, & de=
 precati te fuerint in domo hac, exau=
 di in cælo: & dimitte peccatū popu=
 li tui Israël, & reduces eos in terrā,
 quam dedisti patribus eorum. Si clau=
 sum fuerit cælū, & non pluerit pro=
 pter peccata eorū, & orantes in lo=
 co isto poenitentiam egerint nomini
 tuo, & à peccatis suis conuersi fue=
 rint propter afflictionē suam, exaudi
 eos in cælo, & dimitte peccata ser=
 uorum tuorum, & populi tui Israël:
 & ostende eis uiam bonam, per quā
 ambulent, & da pluuiam super ter=
 ram, quam dedisti populo tuo in pos=

S A L O M O N I S.

sessionem. Fames si oborta fuerit in
 terra, aut pestilentia, aut corruptus
 aer, aut ærugo, aut locusta, uel rubi=
 go, & afflixerit eum inimicus eius,
 portas obsidens omnis plaga, uni=
 uersa infirmitas, cuncta deuotatio,
 & imprecatio quæ acciderit omni
 homini de populo tuo Israël: si quis
 cognouerit plagā cordis sui, & ex=
 panderit manus suas in domo hac, tu
 exaudies in cælo in loco habitatio=
 nis tuæ, & repropitiaberis, & fa=
 cies, ut des unicuique secundum omnes
 uias suas, sicut uideris cor eius: quia
 tu nosti solus cor omnium filiorum
 hominum, ut timeant te cunctis die=
 bus, quibus uiuunt super faciem ter=
 ræ, quam dedisti patribus nostris.
 Insuper & alienigena, qui non est de

populo tuo Israël, cū uenerit de terra longinqua propter nomen tuum: audietur enim nomen tuum magnū, & manus tua fortis, & brachium tuum extēdū ubiq;. Cum uenerit ergo, & orauerit in hoc loco, tu exaudies in cœlo, in firmamēto habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: at discant uniuersi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israël: & probent quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc, quam ædificauī. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos per uiam, quocunq; miseris eos, orabunt te contra uiam ciuitatis quā elegisti, & contra domum quam ædificauī nomini tuo: & exaudies in cœ-

lo orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum. Quod si peccauerint tibi (non est enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum longe uel prope, & egerint pœnitentiam in corde suo in loco captiuitatis, & conuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua, dicentes: Peccauimus, inique egimus, impie gessimus: & reuersi fuerint ad te in uniuerso corde suo, & tota anima sua in terra inimicorum suorum, ad quam captiui ducti fuerint, & orauerint te contra uiam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum: & ciuitatis quam elegisti, & templi quod ædificauī nomini tuo:

ORATIO

exaudies in caelo, in firmamento so-
 lij tui orationes eorum, & pre-
 ces eorum, & facies iudicium eo-
 rum: & propitiaberis populo tuo,
 qui peccauit tibi, & omnibus ini-
 quitatibus eorum, quibus praeuari-
 cati sunt in te: & dabis misericor-
 diam coram eis, qui eos captiuos ha-
 buerint, ut misereantur eis. Popu-
 lus enim tuus est, & hereditas tua,
 quos eduxisti de terra Aegypti, de
 medio fornacis ferreae: ut sint ocu-
 li tui aperti ad deprecationem ser-
 ui tui, & populi tui Israël, &
 exaudies eos in uniuersis pro qui-
 bus inuocauerint te. Tu enim se-
 parasisti eos tibi in haereditatem de
 uniuersis populis terrae, sicut lo-
 quutus es per Moysen seruum tuum,

SALOMONIS.

quando eduxisti patres nostros de
 terra Aegypti domine deus.

FINIS.

APVD SEBAST.

GRYPHIUM,

ANNO

1533.

